grandi:& robuſto genere dicẽdi authore Quintiliano pſertim argumẽtis tñ ex arte:q̃ fine.pſuaſionis loci ſunt cõfirmatio:& refutatio:ac peroratio:q̃uis etiá ſcdm rhetores in narratione debeamus pſuadere. Copiá.ubertaté oronis. Spaciú.tẽporis morá. Aculeũ.perſuaſionẽ:& fidẽ facere. Pungit.leuiter tangit:& breuibus agit. Infigit.multis imoraſ:& pſuadet. Comicus alter ſcribit: is eſt Ariſtophanes pariter comœdiæ ueteris ſcriptor.ηστραπτευ εβροντα ξυνεκυκατε παντα.i. fulgurabat: tonabat:& cõuoluebat oía.M. Tullius de perfecto oratore nunq̃ inqt ab Ariſtophane poeta fulgurare:tonare:pmiſcere græciá dictus eſſet Pericles: ſi tenui genere uſus fuiſſet.& Fabius lib.xii. quid Periclea:ſimilẽ ne credimus lyſiacæ gracilitati:quẽ fulmibus: & cœleſti fragori cõparant cõici: dũ illi cõuicienſ: ad q̃ uideſ Martianus alluſiſſe:ubi de rhetorica agit. at uero qd cũ cõmotũ publici noís atteſtatione clamauerat:fulgurare:pmiſcere. ardere oía uidebanſ. ꝙ adeo illi placuit: ut repetat hæc cũ i pgreſſu arma cõcuſſerat ueluti fulgoreæ nubis fragore colliſo:bõbis diſſultantibus fracta diceres crepitare tonitrua:deniq; creditũ:ꝙ inſtar Iouis poſſet ẽt fulmina iaculari: hác totá fere græciá miſcuiſſe ferebát: unde quidá codices apud Scdm pro παντα: ελλαδα hñt .i. græciá.iiſdẽ fere uerbis Suidas de Sulmoneo utiſ ηστραπτευ εβροντα ξυνεκυκατε τας των υπηκοων ψυχας.i. fulgurabat.tonabat:pturbabat ſubditorũ aíos.

Periclis fulmen

copiá:dicendiq; ſpaciũ deſiderat: relíquere uero aculeũ in audientiũ aĩs is demũ poteſt:quí nõ pũgit:ſed ifigit: adde quæ de eodẽ pericle comícus alter ηστραπτευ εβροντα ξυνεκυκατε παντα Nõ .n.amputata oratio:& abſciſſa:ſed lata:& magnifica:& excelſa tonat:fulgurat:oía deniq; perturbat:ac miſcet.Optimus tamẽ modus eſt: quis negat:ſed nõ minus non ſeruat modũ: qui infra rẽ: q̃ qui ſupra:qui aſtrictius:q̃ q effuſius dicit:itaq; audís frequẽter:ut illud imodice:& redundáter: ita hoc ieiune:& ĩfirme: alius exceſſiſſe materiá: alius dícit non impleſſe:æque uterq;:ſed ille imbecillitate: hic uiribus peccat.Quod certe:& ſi non limatioris: maioris tñ ingenii índiciũ ẽ. nec uero cum hæc dico: illum homericum pbo αμετροεπης:ſed hunc και επεα νιφαδεσσιν εοικοτα χειμεριησιν: ñ qa nõ & ille mihí ualidiſſie placeat

Amputata. breuis: circũciſa. Abſciſſa. manca. Lata.copioſa. Magnifica.ſublimis:Excelſa. illud dicendi genus admirabile cõtinens. Optimus tamen modus eſt. reſpondet quæ poſſent obiici:tenendũ eſſe modum i oratione:ne ſit nimiũ redundans. Non minus.pariter. Infra rem.dicit nimium breuiter & ieiunius:q̃ cá exigit. Supra rem.redundanter:& extra cauſam. Qui aſtrictius. non minus non ſeruat modum:qui dicit minus:q̃ ille qui dicit immodeſtius. Redundanter. exceſſiue dixiſſe. Hoc.alicuius actionem. Ieiune.aride. Infirme.infra cauſam unde.M. Tullius de perfecto oratore utrunq; genus improbat: meæ inquit aures:& perfecto:completoq; uerborum ambitu gaudent:nec curta ſentiunt:nec amát redundátia:nam ſicut cauenda eſt oratori preſſo inopia:& ieiunitas:ita amplo inflatum: & corruptum dicẽdi genus:nam copia authore Fabio modum habet:ſine quo nihil:nec laudabile:nec ſalutare eſt: hinc de claris oratoribus tradit Cicero Apollonium Molonẽ ſummum oratorem dediſſe operam:ut nimis redundantem:& ſuperfluentem iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret: & quaſi extra rippas difluentem coerceret. Materiam. propoſitá cauſam. Non impleſſe.ieiune dixiſſe. Aeque peccat. excedendo regulam: & præſcriptum: an quia peccata paria: ut alibi latius docebimus. Ille.qui infra

Hic Ille dixit. Hic.qui ſupra aduerte hic: & ille poſitum a Secundo contra multorum uſum: apud quos ille reſpicit longiora:hic propinquiora:ſunt tamen authores probati:qui ſimiliter utuntur:ꝙ nos in ſequentibus latius annotauimus. Viribus.nimiis. Limatioris. abſolutioris. Vitium.lego indicium: nullũ.n. uitium quia limatum eſt. Maioris.copioſioris.in quam ſententiam pedibus iuit Fabius de Steſichoro loquens.ſed redundat:atq; effunditur:ꝙ ut eſt repræhendendum:ita copia uirium eſt:& iam libro ſecũdo dixerat: peius uitiũ eſſe:quod ex inopia:q̃ quod ex copia ueniret: facile remedium ubertatis:ſterilia nullo labore uinci:quam rem.M. Tullius libro ſecundo de oratore ſic tractauit:uolo ſe efferat in adoleſcente fœcunditas:nam facilius reuocantur ea:quæ ſeſe facilius profuderunt: q̃ ſi nihil ualet materies. noua ſarmenta cultura exputanſ: ita uolo eſſe i adoleſcente: unde aliquid amputẽ.non enim poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus:ꝙ nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutũ.ſic fortaſſe nos:aridiores quidá notabunt:tanq̃ copioſius Secundũ interpretantes:ſed hæc multis non delicatis ſcripſimus. Illum homericũ.illum Homeri uerſum.ex ſecundo Iliados. θερσιτης δ᾽ ετι μουνος αμετροεπης εκολωα ος ρ᾽ επεα φρεσιν ησιν ακοσμα τε πολλα τε ηδη.idest Therſites autem adhuc ſolus ſine uerborũ menſura tumultuabat:qui certe uerba mentibus ſuis incõpoſita:multaq; nouerat fruſtra. Húc.uerſũ ex tertio Iliadis in laudẽ Vlyſſis. και επεα νιφαδεσσιν εοικοτα χειμεριησιν. idest & uerba niuibus ſimilia hyemalibꝰ:ná eius oro copioſe fluebat inſtar niuiũ.M. Tul.de claris oratoribꝰ: ui dicẽdi tradit aſſignatá Vlyſſi ab Home. Ille uerſus ſup orone Menelai ex eodẽ Iliadis libro: παυρα μεν αλλα

μάλα λιγέως ἐπεὶ οὐ πολύμυθος.i. pauca quidem:ſed ualde acriter:quia nõ multiloquus erat.de quo Cicero Menelaũ dulcẽ illum quidem refert Homerus:ſed pauca dicentem. breuitas autem laus eſt interdũ in aliqua parte dicendi:in uniuerſa eloquentia laudẽ non habet.omiſit Secundus tertium dicẽdi genus ab eodẽ poeta ſub oratione Neſtoris deſignatũ. ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.i.ſuauiloquus ſurrexit acer Pyliorũ cõcionator: Cuius etiam a lingua melle dulcior fluebat uox.q; et aſſerit Cicero: & Plutarchus plæraq; Homeri exponens Neſtorem refert ſuauiloquum introduci: & gratum auditoribus:Menelaum breuem:& elegantem:neceſſaria perorãtẽ: Vlyſſem uehementem: & copioſum. q; apud nos Quintilianus ita ſcripſit.Homerus breuem quidem animi iucunditatem:& propriam:id enim eſt non errare uerbis:& carentem ſuperuacuis eloquentiam Menelao dedit:ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle profluere ſermonẽ: qua certe delectatione nihil fingi maius poteſt. Vlyſſi facundiam: & magnitudinem iniunxit:cui orationem niuibus hybernis:& copia uerborum: atq; impetu parem tribuit. Crebram.uelocem.inſtantem. Largam.copioſam. Diuinam.qualis fuit Pericli. Multis. uulgaribus. idiotis.more græco. Eſt quidem. confirmat obiecta. Inertibus:delicatis: & malis auditoribus:qui grauãtur audire neceſſaria: Iudicium reſpicere.uelle dicere illos habere iudicium in eloquentia. In conſilio. iudicis. Sed omnino.melius ẽ. Hæc ſententia. orationem debere eſſe copioſam. Cur. rationes: & cauſas: quibus potius breuiter dicẽdum ſit. Cedere.parere.credere. Tanta re.tanti ponderis:& difficultatis. Proinde.quare. Non errare. uera ſentire de modo dicendi. Idipſum. meã ſententiam ſcribe. Sed tamen. ſed omnino reſcribe. Iudicium meum. ſcribendo tibi placere copiã. Si errare. uideor: alia lectio ſi errauero.placet ſuperior. Longiſſimam para.multa argumenta:& rationes quibus noſtra confutes. Non corrupi te.imponẽdo neceſſitatem longioris epiſtolæ:ſi diſentires:& breues litteras approbando:ſi mecum ſentires.ſolent.n.plærunq; uel nimium occupati amico ſententiam facile concedere: ne:ſi ſecus ſenſerint:cogantur animum intendere refellendo.

παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως .ſi tamẽ detur electio illam plenam orationem ſimilem niuibus hibernis:ideſt crebam:& aſſiduam: & largam: poſtremo diuinam: & cæleſtem uolo. at eſt gratior multis actio breuis:eſt quidẽ: ſed inertibus:quorũ delitias deſidiãq; quaſi iudiciũ reſpicere ridiculum ẽ.Nam ſi hos i conſilio habeas: nõ ſolum ſatius ẽ breuiter dicere: ſed oĩno nõ dicere. Hæc ẽ adhuc ſnia mea: quã mutabo: ſi diſſenſeris tu: ſed plane: cur diſſentias: explices rogo. q̃uis enĩ cedere authoritati debeã tuæ:rectius tamẽ arbitror:in tanta re:rõne q̃ authoritate ſuperari.Proĩde ſi nõ errare uideor:idipſum q̃ uoles breui epiſtola:ſed tamẽ ſcribe:cõfirmabis.n.iudiciũ meũ: ſi errare:longiſſimã para.Non corrupi te: qui tibi:ſi mihi accederes breuis epiſtolæ neceſſitatẽ: ſi diſſentires:longiſſime impoſui.

C.Plinius Paterno.S.

VT animi tui iudicio: ſic oculorum plurimum tribuo: non quia multum tibi placeas: ſed quia tantum: quantum ego ſapis. Quamquam hoc quoque multum eſt.omiſſis iocis credo decentes eſſe ſeruos: qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo. Supereſt ut frugi ſint:

VT.Cõmendat ſeruos iudicio Paterni emptos eẽ decoros:ſupereẽ ut ſint frugi. & Paterno: uel Materno ſcriptã epiſtolã in uariis exemplaribus notaui.Paternũ pfectũ prætorii a Cõmodo trucidatũ legimus:Dion Maternũ militẽ ſcribit. utriuſq; meminit Martialis:nã lib.x.municipẽ ſuũ teſtat̃ dicẽs:Iuris & æquaꝝ cultor ſanctiſſime legũ Veridico latiũ: q regis ore forũ: Municipi Mẽne tuo:ueteriq; ſodali Calliacũ mãdas ſi qd ad occeanũ.&.xii. ditiſſimũ oñdit fuiſſe Paternũ.Nũmi cũ tibi ſint:opeſq; tantæ:Quantas ciuis hẽt Paterne rarus. Dion refert Domitianũ occidiſſe Paternũ declamatorẽ:q; contra tyrannos declamaſſet:& de re militari ſcripſiſſe Paternũ tradit Martianus Iuriſcõſultus:ac Iulium Maternũ nominat Vlpianus. Animi iudicio: uel litterarũ: uel prudentiæ. libro quarto ſup ſuis hendecaſyllabis iudiciũ eius requirit. Non. ideo hæc ſcribo. Tibi placeas. efferaris ſurgere tibi ſoleãt i uertice criſtæ ex laudatiõe. Martialis. Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro:& Fabius pariter. Multũ ẽ. ſapere quantũ ego.iocat̃ cũ amico Secũdus: uñ poſtea omiſſis iocis ſerio loquit̃. Decentes.formoſos.decoros. Mihi ad uſum meum.mea cauſa. Frugi.fructuoſi.utiles.neceſſarii.in quibus ſit aliquid:quo fruamur.unde etiam deductum frugalitatis uocabulum putat Quintilianus:quod fruges humano generi ſint neceſſariæ.author eſt Marcus Tullius frugi hominem ſignificare nõ ſolum utilem:ſed moderatum:& temperantem:& parcum. quod Cognomẽ in .L. Piſone maxime laudatum fuit: quanq̃ idem pro de iotato frugalitatis uerbo laudari regẽ non ſolere dicat: & frugi

Patern⁹. Matern⁹ Frugi.

BIBLIOTECA ... ROM...

hominem non multum habere laudis in rege. frugi ſecundum grammaticos aptoton eſt a prima ſui po ſitione non cadens. Venalibus. ſeruis uenũ expoſitis. Auribus. dum loquunť. poteſt alluſiſſe ad Aeſopum deformem: qui ob ſcommata emptus: magiſquam cæteri formoſiſſimi conſerui. Oculis. quibus tantum intuemur pulchritudinem.

qđ de uenalib⁹ melius auribus: q̄ oculis iudicatť.

C. Plinius Catilio Seuero. S.

DIu iam in urbe hæreo: & quidẽ attonitus: ꝑturbat me longa: & ꝑtinax ualitudo. T. Ariſtonis: quẽ ſingulariter: & miror: & diligo. nihil ẽ. n. illo grauius: ſanctius: doctius: ut mihi non unus hõ: ſed litteræ ipſæ: oẽſq; bonæ artes in uno homĩe ſummũ periculũ adire uideantur. q̄ peritus ille: & priuati iuris: & publici: quantũ reꝝ: quantũ exẽploꝝ: quantũ antiq̄tatis tenet: nihil ẽ qđ diſcere uelis: ꝙ ille docere nõ poſſit. Mihi certe quoties aliq̄d abditũ quęro ille theſaurus eſt: nã quãta ſermonibus eius fides: quãta authoritas: quã ꝓſſa: & decora cunctatioť Quid eſt qđ non ſtatĩ ſciatť & tñ plærunq; hæſitat: dubitat diuerſitate rõnũ: quas acri: magnoq; iudicio ab origĩe: cauſiſq; primis repetit: diſcernit: expẽdit: Ad h̄ q̄ ꝑcus ĩ uictu: q̄ modic⁹ ĩ cłtu. Soleo ip̄ȝ cubiclũ eius: ip̄mq; lectũ: ut imaginẽ q̄

Diu Reddit cauſas Catilio ſuo tam diutinæ in urbe moræ: ꝙ Titus Ariſton: cuius peritiã iuris ita laudat: ut admiretur: uitã probat: ut ſupra philoſophicã extollat: graui ualitudine premebatur: ꝙ ſi deus (ſic medici ſpõdebãt) meliora annuiſſet: ſe ſtatim laurentinũ ſuum ad ocium litterarũ petiturũ: ſcribit. Catilius Seuerus a Traiano conſul: iterum ab Adriano creatus: deinde Syriæ præpoſitus: mox præfectus urbis ſub eodẽ cũ Antonini pii adoptionẽ factã doluiſſet re prodita: ꝙ ſibi imperium præpararet: accepto ſucceſſore dignitate priuatus eſt: ꝑtius tñ grauiter ab imparatore obiurgatus: fuit aũt Catilius maternus ꝓauus Antonini philoſophi: qui poſtea ĩperauit: & ſi ſciam apud Spartianũ Cataliũ ſcribi: & paulo poſt Attiliũ: ac iuriſconſultus florentinus: & eum ſecutus Iuſtinian⁹ in inſtitutionibus prodiderint Statilio Seuero diuum Adrianum reſcripſiſſe. Hæreo. maneo inuitus. Attonitus. ſtupidus: & mentis inops: nam attonitus proprie is dicitur: cui caſus uicini fulminis: & ſonit⁹ tonitruum dant ſtuporem. Pertinax. nimium perſeuerans. continua. Titi Ariſtonis: cuius officia grata: & iucunda erãt Secundo: Ariſtonẽ iuriſconſultũ fuiſſe Traiani temporibus: & eius conſilio imperatorem uſum teſtatur Papinianus: & Vlpia. plærunq; illius mentionem facit: fuit & Saluius Ariſto: quem Iuliano reſcripſiſſe Iulianus titulo de legatis refert. Nihil eſt illo grauius. modus dicendi elegantiſſimus: pro nemo eſt illo uiro prudentior: & circumſpectior: ac uenerabilior: unde leues contemnendos: & uanos dicimus. Sanctius. morum integritate. Doctius. multiplici ſcientia. Litteræ ipſæ. omnis res litteraria. Vno homine. perinde ac ſi diceret omnes bonæ artes periclitantur ægrotante Ariſtone: qui ſi interierit: uidentur mihi cum illo moriture. Iuris publici: & priuati: quod Iuſtinianus ita diffiniuit: publicum ius eſt: quod ad ſtatum rei romanæ ſpectat: priuatum: ꝙ ad ſingulorum utilitatem. Caius iuriſconſultus aliter deſcribit: publicum eſſe: ꝙ ratio naturalis inter omnes gentes conſtituit: id apud omnes peræque cuſtodiri: uocariq; ius gentiuȝ: quaſi quo iure omnes gentes utuntur. ꝙ quiſq; populus ſibi conſtituit: id ipſius proprium ciuitatis eſſe: uocariq; ius ciuile: quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Iuriſprudentiam Vlpianus ĩquit eſſe diuinarum: atque humanarum rerum noticiam. de cuius partitione latius habes primo. ff. & apud philoſophos. Rerum. quarum obſeruationem. quadruplicem eſſe tradunt. an magis hiſtoriarum: cum paſſim pro hiſtoriis res ponantur. Exemplorum. quorum uſus: ſi cum materia iungatur plurimum poteſt. Antiquitatis. ſeueritatis antiquæ: au rerum: & uerborum ueterum gnarus. Nihil eſt. nulla diſciplina eſt. hic mihi uidetur Cæcilius dum laudat Ariſtonem demonſtrare illum ſummum oratorem: quem Craſſus apud Mar. Tullium quærit omni laude cumulatum: qui naturas: & hominum mores ſciat: & hiſtorias: antiquitates: reipu. adminiſtrationem: denique ipſum ius ciuile cognoſcat. Theſaurus. arca: cuſtos rerum reconditarum. Abditum. incognitum non uulgare. Authoritas. fides ex fama quæſita. Preſſa contatio. diligens mora: & emuncta. Apuleius preſſiorem cautelam pro uigilantiore: & diligentiore dixit: ſic preſſiores cogitationes ideſt intentiores: & preſſum pro apprime: nec Quintilianus preſſum: ac limatum dicendi genus improbat. uideo etiam preſſum pro attenuato uſurpari. Secundus libro ſeptimo preſſus ſermo: & purus ex epiſtolis petitur. Decora. non nimia: nec ſine gratia. Hæſitat. moratur antequam reſpondeat: non quod ei rationes deſint: ſed multitudine earum & diuerſitate. dum illas diligenter expendit. Ab origine: a principio a cauſis: & primis motibus: ꝙ philoſophorum proprium ẽ: unde fit ut nõ decipiať. Diſcernit. ꝑtiť: nã ex diuiſiõe res illuſtranť. Expendit. ad amuſſiȝ dilgẽter exigiat. Ad hæc. ꝓterea: poſt doctrinã mores Ariſtonis cõmẽdat. Parcus. abſtinẽs: tẽꝑatus. Cultu. ueſtitu

Margin notes: Catilius. Seuerus. — Attõitus — Titus Ariſto. — Ius publicũ & priuatum. — Preſſum

dam priſcæ frugalitatis aſpicere. Ornat hæc magnitudo ai: q̃ nihil ad oſtētationē: oīa ad cōſciētiā refert: recteq; facti: nō ex populi ſermōe mercedē: ſed ex facto petit. In ſūma nō facile queq̃ ex iſtis: q ſapiētiæ ſtudiū hītu corporis p̄ferūt: huic uiro cōparabis. Non quidē gymnaſia: aut porticus ſectat̃: nec diſputationibus longis aliorū ocium: ſuūq; delectat: ſed ī toga negociiſq; uerſatur: multos aduocatiōe: plures cōſilio iuuat: nemini tñ̄ iſtoꝝ caſtitate: pietate: iuſtitia: fortitudine ēt prio loco ceſſerit. mirareris ſi ītereſſes q̃ patiētia hāc ip̄am ualitudinē toleret: ut dolori reſiſtat: ut ſiti differat: ut īcredibilē febriū ardorē īmotus: opertus quę trāſmittat: nup me: paucoſq; mecū: quos maxīe diligit: aduocauit: rogauitq;: ut medicos conſuleremus de ſumma ualitudinis: ut ſi eſſet inexuperabilis ſponte exiret e uita: ſi tantū difficilis: & longa reſiſteret: maneretq;: dandum .n. p̄cibus uxoris: dandū filiæ lachrymis: dandū etiā nobis amicis: ne ſpes noſtras: ſi mō nō eſſent inanes uoluntaria morte deſereret. Id ego arduū imprimis: & præcipua laude dignū puto: nam īpetu quodā: & inſtinctu procurrere ad mortem commune cum multis: deliberare uero: & cauſas eius expendere: utq; ſuaſerit ratio uitæ: mortiſque conſilium: uel ſuſcipere: uel ponere ingentis eſt animi: & medici quidem ſecunda pollicētur. Supereſt ut promiſſis deus adnuat: tandemque me hac ſollicitudine exoluat: qua liberatus

Priſcæ frugalitatis. magnæ parſimoniæ. fuerunt. n. antiqui parciſſimi. Magnitudo. fortitudo: nā Seneca autumat magnanimitatem: & fortitudinem idem eſſe: nihilq; aliud in rebus humanis magnum: niſi animum magna deſpicientem. diogenes magnanimitatem circumſcribit eſſe ſcientiam: quæ habitum facit excelſiorum omnibus: quæ cōtingere poſſint æqualiter bonorum: ac malorum. Ad conſcientiam in qua uoluerunt ueram tranquillitatem conſiſtere. non in oſtentatione. Ariſto igitur cum quid benefactum a ſe fuiſſet: ex conſcientia ſola: nō ex populari aura præmium petebat. quib⁹ uirtutibus ſui temporis philoſophos longe anteibat. Ex facto. re bene geſta. Præferunt. ſimulant. prætexunt. Studium ſapientiæ. philoſophiam. Habitu corporis. barba: & palio: Atheneus pariter libro nono: & pluribus decimo inſectatur ſimulantes philoſophum baculis: & intonſis barbis. Non facile comparabis. quia multo ſuperior illis eſt. is. n. qui ſtudet ſecundum Ciceronem: omnium rerum diuinarum: atq; humanarum nim: naturā: cauſaſq; noſſe: & oēm bñ̄uiuēdi rōnem tenere: & perſequi nomie philoſophi appellatur: q̃ro magis: qui illa optime norit? & perſequit̃? Gymnaſia. ſcholas: exercitationes. Suidas academiam: lyceū: cynoſarges tria atticæ gymnaſia fuiſſe tradit: in quibus non ſolū corporis uires: ſed etiā animi exercebant: unde: & quandam dialecticæ partem: quæ in exercitaciōe cōſtabat gymnaſiam dixeret & gymnoſophiſtas indoruȝ philoſophos ad reſpondendum acute: & prompte exercitos. hic faciunt illa Ciceronis uerba ex ſecūdo oratoris. ſæculis multis ante gymnaſia inuenta ſunt: q̃ i his philoſophi garrire cœperunt: & hoc ipſo tempore teneant: tamen eorum auditores diſcum audire: q̃ philoſophum mallunt. qui ſimul ac increpuit: in media oratione de maximis rebus: & grauiſſimis diſputantē philoſophum omnes unctionis cauſa relinquunt: ex quibus apparet gymnaſia in uſu fuiſſe: & corpori: & ingenio exercendo. Porticus. ſtoicos deſignat: quorum princeps Zeno orationem formabat ad porticū pœcilē: quæ & peſianacta dicebatur: eo igitur diſcipuli confluebant: atque Ideo ſtoici uocati, quod græce ςτοα latine porticus appelletur. Aliorum. auditorum. Toga. officio. Aduocatione. patrocinio aduocatos accipere debemus omnino omnes: qui cauſis agendis quoquomō ſtudio operantur. Conſilio. reſpondendo: conſilia etiam nunc uulgo reſponſa prudentū dicuntur. duo tetigit: quæ iuriſperitus facit: agere: & conſulere. Iſtorum. philoſophorum. Etiam primo loco. qui principatum inter philoſophos obtinent. Opertus. pannis intectus: ut facilius ſudorem exprimat. Tranſmittat. prætereat. inſuperabilis. inſanabilis. Sponte. præueniendo mortem. Difficilis. dura: & partinax. Maneret. uiueret. duraret. Dandum precibus uxoris. ratio qua uitam protraheret niſi medici deſperaſſent: reſpectu uxoris: & filiæ: & amicorum. Dandum. concedendum hoc ſic ad Hiſpanum ſcribit: demus hoc tuis: demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus. Inanes. fruſtra ſperando eum poſſe conualeſcere. Arduum. difficile inuentu in uno alio. laudabile cum uirtus circa difficilia conſiſtat. Impetu. furore. Multis. uulgaribus. gladiatores: & ſeruos ſæpe uidimus mortem conſtanter appetere inquit Seneca: & belluas in ferrum irruere. Expendere. rationes examinare. Conſilium uitæ. uiuendi deliberationem. Ponere. omittere. Secunda. bonam ualitudinem: Deus ſine cuius nutu: & conſilio noſtræ ſpes irritæ. Leurentinum. rus cuius

Magnanimitas:

Philoſophus qs.

Gymnaſia

Stoici.

Aduocatus.

loci:& ſitus amœnitate captus plurimum oblectabatur ocio litterarum. Pugillares.tabellas:in quibꝰ ſcribitur.Studioſum ocium.quia poteſt eſſe alterıꝰrei ocium:ut ignauiæ. Aſſidẽti.corã Ariſtone ægro ſtanti. Vacat.cum ſim occupatus circa remedia ualitudinis. Anxio.abſenti:ſed cum dolore:& cura. Quid timeam:mortem Ariſtonis. Optem.ſanitatem. Deſtinem.ſtudium in ſeceſſu.iſta obtinent uicẽ epilogi. Lætioribus.non triſtia:ſicut meæ:ſed læta continentibus. Confuſioni.perturbationi.dolori. Nihil quereris.nihil querulum:& triſte in illis ſcripſeris.

laurentinum meum:hoc eſt libellos: & pugilla-
res:ſtudioſumꝗ ocium repetam:nũc enim nihil
legere:nihil ſcribere:aut aſſidẽti uacat:aut anxio
libet.Habes quid timeam:quid optem: quid eti
am in poſterũ deſtinem.tu quid ęgeris:qd agas:
quid uelis agere inuicẽ nobis:ſed lætioribus epi
ſtolis ſcribe:erit confuſioni meæ non mediocre
ſolatium:ſi tu nihil quereris. Vale.

C.Plinius Pompeio Falconi.S.

COnſulis an exiſtimem te ĩ tribunatu cau
ſas agere decere:plurimum refert : quid
eſſe tribunatum puteſ:inanem umbram:
& ſine honore nomẽ:an poteſtatem ſacroſanctã:
& quam in ordinem cogi:ut a nullo: ita ne a ſe q
dem deceat.Ipſe cum tribunus eſſem: errauerim
fortaſſe:qui me aliqd putaui:ſed tanq̃ eſſem: ab-
ſtinui cãis agẽdis:primũ qd' deforme arbitrabar:
cui aſſurgere:cui loco cedere oẽs oporteret: hũc
oibus ſedẽtibus ſtare:& qui iubere poſſet tacere
quẽcũꝗ:huic ſilentium clepſydra indici:& quem

Pōpeius Falco COnſulis.Pōpeius Falco: ad quẽ
diuum Adrianũ epiſtolã de ca-
ſibus infecti teſtamẽti Vlpianꝰ
ſcripſiſſe tradit ſub Pertinace
cōſul libere ĩperatorẽ pupugit:ſed nec mi
nus acriter:q̃ prudẽter ab ĩpatore remorſꝰ
eſt:cui poſtea Falco ĩperare uolẽs parauit
inſidias:de quo cōqueſtꝰẽ ĩ ſenatu ĩpator.
Falcōi tñ pepcit:& a ſenatu ĩpunitatẽ eiꝰ
petiit.deniꝗ Falco in rebꝰ ſuis ſecurus ui
xit:& hærede filio periit:q̃uis multi Falco
nẽ neſciſſe dixerint ĩperiũ ſibi parari:huic
igiť cōſulẽti an ĩ tribunatu pl.cãs ageret:
rñdet Secũdus ſe dũ tribunatũ ageret ab
aduocatione abſtinuiſſe:cauſaſꝗ:qbꝰ mo
tus fuerit:enumerat. Te decere.legiť etiã
debere. In tribunatu cãs agere.duʒ geris
tribunatũ defendere reos orone.Paulꝰter
tio.ff.q magiſtratũ initurus eſt idoneꝰ de-
fenſor nō intelligiť. Quid eẽ tribunatũ.
Tribunatus pl. tribunatꝰ dignitas plebeia a.L.Iunio Bru
to inſtituta:cuius dignitatis officium erat
læſis plebeiis cōtra potẽtiores auxilio eſſe:
ꝙ ꝗ hi plebẽ rogaſſent:id tatũ eẽt.ĩ ſũma
ius tribunitiæ ptãtis magis ad ĩpediẽdũ:q̃
ad agẽdũ introductũ. Vmbrã.magiſtra-
tũ. Inanẽ.ſine poteſtate: tanq̃ circulũ ad
tabernã. Sine honore.nã etiam quidam tradunt tribunatum pl.non eſſe magiſtratum: unde creato di-
ctatore cæteri magiſtratu abibant:præter tribunos.ſatis tamen conſtat fuiſſe ſummam poteſtatem poſt
dictatorem:qui ſi abfuiſſet:in urbe primam:ac fere ſolam. Sacroſanctam. uenerabilem tanq̃ rem diui
Sacroſanctum nam:& deo conſecratam:cuius contrarium prophanum.M.Tullius pro Cor.Balbo ſacroſãctum eſſe ni
hil poteſt:niſi ꝙ populus plebs ue ſanxiſſet:& ſanctiones ſacrandæ ſunt:aut genere ipſo:aut obteſtatiõe:
& cōſecratione legis:aut pœnæ:cum caput eius:qui cōtra fecit conſecratur.nã creati tribuni primi hãc
legem tulerunt:Tribunum inuitum tanquam unum e multis nemo cogito agere:neꝗ uerberare:neꝗ al
teri:ut uerberet imperato:neꝗ occidito:neꝗ occidi iubeto.ſi quis autem prohibitorum hoꝝ aliquid fe
cerit impius : execrabiliſꝗ eſto:bonaꝗ eius publicanto ad ſacra Cereris:& qui aliquem hæc agentium
occiderit cædis expiatus eſto:ac ne fiat poteſtas deinceps populo abrogandi hanc legem:ſed in omne tẽ
pus reliquum immobilis permaneat.Sit ſtatutum omnes iurare nobis per ſacra:hac ſe lege ipſos:& eoꝝ
poſteros uſuros eſſe perpetuo:prexꝗ adiecta ſit iuramento ſtabilientibus legem ipſam deos eſſe ꝓpitios
cæleſtes:genioſꝗ: & manes:trãſgredientibus uero numina aduerſa fieri:tãquam maxime polutioni ob-
noxiis:ex hiſꝗ conſtitutus romanis mos:ſacroſancta eſſe tribunorum corpora. In ordinem cogi.im-
In ordiné cogi pediri.interturbari:negligi inter uiles & abiectos:auctore priſciano nũerari quod ex prædictis apparet
non licuiſſe.nullus enim alius magiſtratus compeſcere:aut prohibere tribunum poterat:unde apud Li-
uium Fuluius conſul tribunis inquit:uidetis ne uos in ordinem coactos eſſe:& rem ad ſeditionem ſpe-
ctare:& Tranqui.ſcribit Veſpaſianum altercationibus inſolentiſſimis ab Heluidio pene in ordinem re
dactum.erat enim imperator poteſtate tribunitia. A nullo.alio quam a tribuno:nam cæteros collegas
unum aliquod uolentes unus tantum tribunorum impedire poteſt:hinc Secundus deceat.ideſt decoruʒ
ſit dixit:nō liceat. A ſe.ſua ſponte ſubmittere ſe imperio alterius. Errauerim fortaſſe.corrigit dictũ:
ne uideatur iactantiæ crimen incurrere. Aliquid.alicuius poteſtatis: & honoris. Tanquam eſſem.
exempli gratia : ac ſi fuiſſem tribunus:cum uere fuerit:ſed hoc prætextu uerborum declinat arrogan-
tiam. Aſſurgere.honorem præſtare:aperire caput. Stare:pedibus ſtantẽ agere:ſic enim dicebant : quã
Clepſy. conſuetudinem etiam apud græcos fuiſſe oſtendit Homerus in Iliade. Clepſydra.uaſe:quo defluen-

te guttatim aqua: ſicut nunc puluere:horarum ſpacia deſignabātur:uel etiam quæque temporis momē ta. Apuleius libro tertio ſui aſini:rurſum præconis amplo boatu citatus accuſator: qdā ſenior exurgit: & ad dicendi ſpaciū uaſculo quodam inuicem coli graciliter fiſtulato: hac per hoc guttatim defluo infuſa aqua populū ſic adhorat: & tertio epiſtolarū Seneca: Clepſydra nō extremū ſtilicidiū exhaurit:ſed qcqd añ defluxit Suidas ſcribit Clepſydrā eē uas anguſtiſſimo ore circa fondū:ad qđ i iudiciis aqua plenū ꝓpoſitū dicebāt oratores: ſicut inuit Aeſchines i Cteſiphōtē:quā cōſuetudinē imitati poſtea romani:

ĩterfari neſas eēt:hūc ēt cōuitia audire: & ſi iulta pateref :inertē:ſi ulciſceretur iſolētē uideri. erat hic quoq; æſtꝰ ſi añ oculos forte me appellaſſet: uel ille cui adeſſem :uł ille cōtra quē ĩtercederē: an auxiliū ferrē: an quieſcerē: ſileremq;: & quaſi eiurato magiſtratu priuatū ipſe me facerē? His rōnibus motus malui me tribunū oibus exhibere:q̄ paucis aduocatū. Sȝ tu:iteꝝ dicā:plurimū ĩtereſt:qd eſſe tribunū putes:quā pſonā tibi iponas:q̄ ſapiēti uiro ita aptāda ē:ut pferaf. Vale.

C. Plinius Bebio Hiſpano. S.

TRanqllus cōtubernalis meus uł emere agellū:quē uēditare aicus tuus dr:rogo cures quāti æquum eſt emat:ita .n. delectabit emiſſe: nā mala ēptio ſp ĩgrata:eo maxie: ꝙ exprobare ſtultitiā dn̄o uidef :in hoc agello:ſi

ná:&.M.Tulliꝰ Aulū ad Clepſydrā uocat. accipif iterdū ꝓ iſtrumento aſtronomico horas metiēte:& ꝓ iudicio græcis authoribus hæc aſſerētibus. Pauſanias inſup in uertice Ithoniæ arcis Meſſenēſiū fontem clepſydrā oriri tradit. inditū: & meretrici cognomētū noie prius Metiche:poſtq̄ ad clepſydrā cōcubuit tota aqua defluente. inde Euboli poema Clepſydra appellatū. Athenæus author:& apud Suidā ſup uerbo clepſydra q̄dā ꝓuerbia explicanf. fuiſſe illā ꝓ horologio ēt ad alios uſus ſequētes ſcriptores idicāt. Vegetiꝰ libro tertio, quia ĩpoſſibile uidebaf p totā noctē uigilantes ſingulos i ſpeculis manere ideo in quattuor partes ad clepſydrā ſunt diuiſæ uigiliæ. Cenſorinus. P. Cornelꝰ Naſica cēſor ex aqua fecit horarium:ꝙ & ipſum ex cōſuetudine noſcēdi a ſole horas ſolariū coeptum uocari: Vitruuius teſtaf horologioꝝ ex aqua cōpatione Ctæſibiū primū explicuiſſe:& libro ſeptimo. Athenæꝰ igt hydraulicū inſtrumentū uidef eſſe clepſydra:unde ferunt Platonem paruam quandam inſtrumenti excogitationē excogitaſſe : dū nocturnū horologiū fingit ſimile hydraulico : referens clepſydrā admodū capacem. ſatis conſtat clepſydrā deduci. ἀπὸ τοῦ κλέπτον δ' τοῦ ὕδατοσ. i. a ſubducendo aquā. Interfari. loquentem interrūpere:impedire. Conuitia. ab aduerſariis iurgia:qualia noſtri temporis i foro ſtrepunt. Inulta. impunita. Inertem. nimium patientem:qui non exerceret ſuā poteſtatem: Vlciſceref. detrudendo conuiciantē in carcerē:uel ab aduocatione repellendo. Inſolentem. arrogantem. Aeſtus. ſollicitudo. Ante oculos. coram. Appellaſſet. prouocaſſet. auxilium me oraſſet. appellādi ius q̄ ſit frequens:quāq; neceſſariū:qui neſciat nemo eſt:quippe ꝙ iniquitatem iudicantium:uel imperitiam corrigat. lege iuriſconſultum. ff. xlix. titulo de appelationibus:eſt aūt authore Aſconio appellario minoris ad potiores prouocatio:ſignificat etiam appellare blanda oratione alterius pudiciciam attentare ſecundū Vlpianum. Cui adeſſem. pro quo agerem:cuius cauſam tuerer. Ille. Aduerſarius me appellaſſet. Intercedetem. occurrerem. obſtarem. itercedere eſt prohibere:cuius extremum ius erat apud tribunos pl. Appellaf

Auxilium ferrem. perinde ac ſi diceret utri eorum opem tuliſſem: aduocati partes exceſſiſſem: ſi ſiluiſſem uidebar me tribunatu priuare. Eiurato. depoſito. abrogato. eiurare Pompeio referente ſignificat id:quod deſidetatur non poſſe præſtare:quare Secundus dixit eiuratum tribunatum: ut qui in eo deductus eſſet:non poſſe præſtare honeſte:quod iure debuiſſet. Priuatum. ſine poteſtate. Omnibus po. ro. exercendo ius tribunitium:& opem dando preſſis. Paucis. ad uſum paucorum aduocare. Perſonam tibi imponas. qualitatem:& mores dignitati tuæ cōpetentes. ſic. M. Tullius pro Sylla: deniq; inquit iſtā perſonā uehementē: & acrē: quā mihi tunc tēpus:& reſp. impoſuit: iam uoluntas: & natura detraxit:& Ouidius. Cū tibi contigat formā Iunōis adire: Fac ſcis pſonæ quā tueare memor. inq̄ ſignificationem ipſe alibi: & Fabius uſurpant. neq; ignoro accipi interdū perſonā pro ſcenico habitu:uł hiſtrione a perſonando dictam: & pro corpore: ut ſæpius apud iuriſcōſultos: & quale illud Traiani in epiſtolis: quid in perſona ſtatuendum ſit. Præferatur. magis probetur. Eiurare. Perſona:

TRanqllus. Hiſpanū rogat:ut ꝓ Tranqllo ſuo agellū iuſto ꝓcio cōparet:ne ſit poenitētiæ locꝰ. Bebius Macer Hiſpanꝰ poſtmodū cōſul deſignatus:ſub Adriāo ꝓfectus urbis fuit. i qbuſdā exēplaribus ſcriptū ē Vipſano. nā Vipſanū Meſſallam legimus tribunū legionis:cui præerat Aponius Saturninus:uiꝝ egregiū: & qui ſolus ad id bellū artes bonas attuliſſet: alioqui ſub Veſpaſiano pietatis:eloquentiæq; famam adeptus:nondū ætate ſenatoria ꝓ fratre Aquillio iperatorem auſus deprecari: cuius lauretum Martialis carminibus memorat. Venditare:cupere uendere: & quærere præſtinatorē. Mala. pluris. Domino. emptori. Stultitiam. ignorantiam:quipluris emiſſet: quod Bebius Nacer Hiſpanꝰ Vipſanꝰ

minoris eſſet. Arriſerit.placuerit:honeſtum fuerit. Stomachum.appetentiam. Sollicitant. inſtigant. augent. Vicinitas urbis.cenſet Columella in propinquo agrum mercati:quo frequenter dominus ueniat: & frequentius: q̃ ſit uenturus denunciet: ſub hoc enim metu cum familia uillicus erit in officio.
Opportunitas uiæ.multum confert agris iter commodum:primum:quod eſt maximum:ipſa præſentia domini:qui libentius commeaturus ſit:ſi uexationem uiæ non reformidet:deinde ad uehenda: & exportanda utenſilia:quæ res frugibus conditis auget precium:& minuit impenſas rerum inuectarum:ga minoris apportentur:eo ꝙ facili niſu perueniatur:nec non nihil eſſe etiã paruo uehi:ſi conductis iumẽtis iter facias : ſeruos quoq;:qui ſecuturi patrẽ familiæ ſint: nõ ægre iter pedibus ingredi. Mediocritas uillæ.ædificii i agro:ne.ſ.uilla ſit adeo ampla:uti inde ſecundum Catonis præceptũ exire nequeas. Modus ruris.mediocritas agri.huc pertinet illa præclari poetæ ſententia:laudato ingentia rura. Exiguũ colito:ꝙ uir eruditiſſimus traditũ uetus præceptum numeris ſignauit:ne maiorem q̃ rõ calculorũ patiatur emere agrũ uelim⁹: quippe acutiſſimã gentem pœnos dixiſſe cõuenit:ĩbecilliorẽ agrum q̃ agricolam eẽ debere. modus aũt erit unicuiq; uolũtas: facultaſq;:neq;.n. ſatis ẽ poſſidere uelle: ſi
Aduocaſ colere non poſſis: Aduocet.delectet:alliciat:conſolet: inde aduocamentum conſolatio. Diſtringat.occupet. Scholaſticis.qui adhuc inſtituunſ:& in ſchola uerſantur:an ꝙ i ocio ſtuderet. Tranquil.Nã iã cauſas agebat dimiſſus a p̃ceptore. Porro.ſane.p̃cipue. Releuare.recreare. Caput.ſtudiis feſſum. Reficere. reſtaurare i ſecunda lectione refigere fuit:hoc eſt alio diuertere. Reptare.lente & quaſi teſtudinis paſſu ire:ut conſueuere: qui ſpacianſ. ſic Horatius.an tacitũ ſyluas interreptare
Limites duo ſalubres. Per limitem.limites i agris duo maximi ſunt cardo: & decumanus. limes
Cardo. decumanus eſt:qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialẽ ſecat: cardo aũt a meridie
Semita ad ſeptentrionẽ.reliqui limites anguſtiores ſunt:diſtantq; inter ſe paribus interuallis.ſemita eſt arcta:& quaſi dimidia uia. Arbuſculas. Columella de oliuis paruis loquens arbuſculas dixit. Salubriter.iuſto precio. Vt non relinquat locum pœnitentiæ.ut ſemper emptio placeat:nã is non relinquit locum pœnitentiæ:quẽ nullius rei pœnitet.

mõ arriſerit p̃ciũ. Trãquil li mei ſtomachũ multa ſollicitãt:uicinitas urbis:opportũitas uię: mediocritas uillæ: modus ruris: q aduocet magis: q̃ diſtringat. Scholaſticis porro ſtudioſis: ut hic ẽ:ſufficit abunde tm̃ ſoli:ut releuare caput: reficere oculos: reptare p limitẽ: unamq; ſemitã terere:omneſq; uiticulas ſuas noſſe:& numerare arbuſculas poſſint. Hæc tibi expoſui quo magis ſcires q̃tum etiã ille mihi:ego tibi debiturus ſim: ſi prædiolum iſtud: quod commendatur iis dotibus:tam ſalubriter emerit:ut pœnitentię locum non relinquat. Vale.

C. PLI. CAECILII SECVNDI EPISTO. LIBER SECVNDVS.

C.P. Vocõio Ro. S.

POſt aliquot ãnos inſigne: atq; mẽorabile.P.R.oculis ſpectaculũ exhibuit publicũ funus Virginii Rufi maximi & clariſſimi ciuis: & p̃ide felicis.xxx.ãnis gl'ę ſuæ ſup̃uixit. legit ſcripta

IOANNIS MARIAE CATANAEI ENARRATIONES IN EPISTOLAS SECVNDI LIBRI C.PLINII CAECILII.

POſt.Voconiũ Romanũ admonet Virginio ruſo publice factũ funus honeſtiſſimũ: uirumq; ſummũ:& amiciſſimũ pari laude celebrat:& q̃uis ſenem:tñ ut iuuenẽ deflet.Spectaculũ.rem
Funus publicũ. ſpectandã.Publicũ funus.q uiri iſignes:& memorabiles ſtrenue ꝑ patria pugnãdo occubuiſſent:aut reip.operã ſuam prompte nauaſſent:publice funerabanſ:tracta conſuetudine a Bruto:qui a collega Valerio publice tumulatus ẽ.erat autem publicũ funus ſicut Plutarchus in uita Publicolæ oſtendit:cum quis propter ſua in rempu.beneficia publicis ſumptibus ſepeliebatur. comitabãtur præterea conſules:tribuni:ac ſenatores: deniq; omnis magiſtratus uſq; in forum:ubi uir aliquis laudatiſſimus orationem pro laudibus defuncti habebat:deinde ad locum ſepulturæ profectis omnibus quidam incenſam facem accipiens quam maxime alte poterat efferebat: re teſtans licere quidem : ſed honori parcendum : funus authore .M. Tullio fiebat imaginibus : exequiis: pompa : laudatione : cantu: ludis: lamentationibus : rogo: ſic Tranquillus .L. Vitellium Auli Vitellii imperatoris patrem publico funere: a ſenatu honoratum aſſerit. Maximi: ac clariſſimi. rebus geſtis. Perinde. pariter. Felicis: dum Cæſares:quibus ſuſpectus erat euaſit. Superuixit gloriæ ſuæ.poſt uictoriã adeptã contra Vindi-

de ſe carmina:legit hiſtorias:& poſteritati ſuę interfuit:perfunctus eſt tertio conſulatu:ut ſummum faſtigium priuati hominis ipleret:cũ principis noluiſſet.Cæſares qbus ſuſpectus:atq; ẽt inuiſus uirtutibus fuerat:euaſit:reliqt incolumẽ optimum:atq; amiciſſimũ tãq̃ ad huncipſum honorem publici funeris reſeruatus:annum tertium:& octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate:pari ueneratiõe.uſus eſt firma ualitudine:niſi q̃ ſolebãt ei manus tremere citra dolorem tamẽ:

Virginii geſta.

tem:uixit inſup triginta annis Virginius.Rufus equeſtri familia ignoto prẽ:cũ oẽs a Nerone ad Galbã deficerent:Ipſe in Gallia germanicum ducẽs exercitum p ſeſe agebat:præerat.n.potẽtiſſimis legionib⁹: cum ueniſſet Beſontiona:id oppidum eſt depredatus:q; ſe nõ recepiſſet:Vindice ad auxiliũ urbis occurrente:& non ꝓcul caſtra metante miſſis ultro citroq; quibuſdam:tãdem ſoli inter ſe duces collocuti cõtra Nerone͂ coniurarunt:deinde Vindice urbem cum exercitu occupare quærente:Rufi milites hoſtiũ aduentũ edocti:ac opinantes aduerſus ſe exercitum duci ſine ꝑcepto præfecti Vindicianos inopinatos:& inordinatos adorti omnes interficiunt:quibus Vindex conſternatus ſibi mortem conſciuit:multi poſtea militũ cadaueri illius inſultantes conati ſunt in ſe gloriam facti transferre.Rufus occiſum uehementer defleuit:& imperium q̃uis ſæpius iſtãtibus militibus ſuſcipere noluit:cum facile illud conſequi potuiſſet:ſtrenuus.n.uir erat:& robur magnũ:& ꝓ̃ptũ habebat:militeſq; Neronis imagines demoliebãt:ipſum Cæſarẽ:& auguſtũ appellantes:uerũ poſtq̃ renuebat militũ unus in uexillo:ut imperaret:ſcripſit:quod ille ptinaciter repudiauit uix tumultuantes ſedans:pſuadenſq; fore in ſenatus:& populi ro. poteſtate dare imperium cuicunq; uoluiſſent.omnino magnificus:utpote non appetens principatum:ꝓ quo alii omnia ſubeunt pericula:mox tradito exercitu in poteſtatem Galbæ ab eo non debito ſuſceptus honore inuidia Titi Iunii neſcientis uiꝝ illũ miti ingenio a bellis:& malis quoſcunq; duces alios occupantibus:in ſecuram uitam:& ſenectam pacis:ac quietis plenã ſe ſubducere.hæc ſumpta ex Tacito. Dione:& Plutarcho. Legit hiſtorias.quas ſcripſerunt.Cluuius Rufus:Plinius ſenior:Cor.Tacitus. Poſteritati ſuæ interfuit.uidit itaq; monumenta p quæ uicturus erat apud poſteros:& ꝑter aliorum ſcripta ipſe inſuper Virginius reliqt rhetoricæ libros:meminerunt Tacitus:& Quintilianus.qui libro tertio inſtitutionum p hæc aperte oſtẽdit opus ſuum emiſiſſe ſub Traiano:accuratius inquit Galliõe ſcripſit Celſus:& Lenas:& ætatis noſtræ Virginius:& Plinius:Tutilius.ſunt:& hodie clari eiuſdem operis authores:ex quibus apparet:cum hæc ſcriberet:ſiue potius ederet:iam Virginium e uita migraſſe:eum autem Traiano imperante conceſſiſſe:præter huius epiſtolæ teſtimonium:etiam illa ex panagyrico uerba ſignificãt: erat in ſenatu ter conſul:ſicut ibidem enarrabimus:Virginium manifeſte deſignant.hic dicet aliquis:ſi Fabii inſtitutiones contendis Traiano imperante emiſſas:cur in quibuſdam ꝑfationibus Domitianũ commendat:ea ſane fuit ſcriptoris conſtantia:& magna ſub Traiano libertas:ut quæ uiuo ſcripſerat: mortuo non detraheret:& licebat ſub optimo principe impune ſcribere:Quare crediderim Domitião impante mlta:ac fere omnia:quæ i inſtitutionibus continent̃ cõpoſita:& quædã ẽt publicata:uel eo iuſſo:ut ipſe teſtat̃:poſtea diu limata ſub Traiano emiſſa. Perfũctus eſt tertio conſulatu. primũ cõſulatũ geſſit cum Memmio Regulo.alteꝝ cum Pompeio Vopiſco referente Tacito:tertium cũ Nerua imparator:author Iulius Frontinus de aquæductibus:& Dion inquit:Nerua Virginium ſæpius impatorem nominatum non timuit in conſulatu ſuo collegam aſſerere.in cuius mortui tumulo hoc epitaphium inciſum eſt.Hic ſitus eſt Rufus pulſo:qui Vindice quondam impium aſſeruit non ſibi:ſed patriæ.non ideo intellige Virginiũ mortuum ſub Nerua:ſed ut in tranſitu tam memorabile facinus tangeret:hoc addidiſſe Dionem:quod tñ apud eum metro non cõſtat. Perfunctus.explens:quia quartum:cui a Traiano fuerat deſtinatus:non potuit gerẽ obitu intercedente. Summum faſtigium.tot conſulatus:& in ſenatu eẽt ter conſul:cũ Traian⁹ ipator tertium conſulatum:ut nimiũ recuſabat. Priuati.non pricipis:ſic in panagyrica oꝛone priuatũ dixit reſpectu principis:& Tacitus in eundem ſenſum uſurpauit:ex quib⁹ appet:nõ tantũ priuatũ dici:qui ſine magiſtratu eſt. Cũ principis.faſtigium implere noluiſſet delatum ei a milite impium conueniebat:ſed dubium fuiſſe an ꝓ Galba impare uoluiſſet:impem ratus:ſi accepiſſet:tutum:ſi recuſaſſet.hæc Tacitus ꝓ commodo ſuo.Cæſares euaſit. Neroni:Galbæ:Othoni:Vitellio:Domitiano ſupuixit:& eoꝝ immanitatem uitauit:nam ꝑcipue opes erant bonis artibus inoffenſa tot principum malicia:& in coniuratione Piſoniana ſcribit Tacitus Virginium Rufum claritudine nominis in exilium expulſum:quod ſtudia iuuenum eloquẽtia foueret. Optimum.Traianum cognomento optimũ:quo maxime gloriabatur tradente Dione:& Secũdus in oratione panagyrica hoc cognomẽ tum pluribus extollit. Reſeruatus.conuenit cum Plutarcho:quem diximus ſcripſiſſe. Virginium inuidia Iunii ad meliorem uitam reſeruatum:nam ſub peſſimo principe nunquam talem honorẽ fuiſſet conſecutus. Altiſſima tranquillitate.ſummo ocio:& quiete. Pari.maxima. Firma. ꝑpetua. Manus tremere.Celſus tremorẽ manuũ inter gña paralyſis:eiuſq; curationẽ ponit. Citra dolorẽ.ſine pœna:&

Quintiliani inſtitutiones

Virginii cõſulat⁹

Priuatus

aditus tantum mortis durior: longiorqꝫ : ſed hic ipſe laudabilis. Nam cum uocẽ præpararet actu rus in conſulatu principi gratiaſ:liber:quem forte acceperat grandiorem:& ſeni:& ſtanti i pſo põdere elapſus eſt : hũc dum conſequitur:colligitqꝫ per læue:& lubricum pauimentum fallẽte ueſtigio cecidit:coxamque fregit:quæ parum apte collocata reluctante ætate male coiit. Huius uiri exequiæ magnũ ornamẽtũ principi:magnũ ſæculo:magnũ etiã foro:& roſtris attulerunt. Laudatus ẽ a coſ. Cornelio Tacito.nã hic ſupremus felicitati eius calculus acceſſit laudator eloquentiſſimus:& ille quidẽ plenus annis obiit : plenus honoribus:illis ẽt:quos recuſauit:nobis tñ quærẽdus:ac deſiderãdus eſt:ut exẽplar uitæ prioris mihi uero præcipue:qui illũ nõ ſolũ publice q̃tũ admirabar:tm̃ priuate diligebã: primũ ꝙ utriqꝫ eadem regio:municipia finitima:agri etiã:poſſeſſioneſqꝫ cõiunctæ. Præterea ꝙ ille mihi tutor relictus affectũ parentis exhibuit:ſic cãdidatũ me

tortura. Aditus.præludium.principium. Longior.longioris temporis. Laudabilis.ex cauſa laudabili contractus fuit. Vocem præpararet.orationem componere uellet panagyricam. Cõſulatu. quarto: cui fuerat deſignatus a Traiano. Et ſeni:& ſtãti ipſo põdere.tria ponit ſeniũ Ruſi.& ꝙ pedibꝰ ſtaret:ac magnitudinẽ libri:quibus oſidat in maius luxatã illius coxam. Conſequiť.diſpactum colligit. Læue. lithoſtratum:& ideo lubricum:uel læue:politũ. Pauimentum.ſolum ſtratum. Fallente. nutubante:labente:inſtabili. Coxamqꝫ fregit.ad quod uideť Iuuenalis ſatyra decima reſpexiſſe:mala ſenectutis enumerans:ubi inquit:hic coxa debilis.Collocata.coniuncta: in locum ſuum repoſita.

Reluctante ætate.quia difficilius ſenes in fracturis curanť. Coiit.coiuit:conglutinata eſt. Exequiæ.indifferenter ꝑ funere:q̃q̃ funus maiora complectať:ſicut alio loco dicemus. Pricipi.Traiano: ſub quo tãtus uir honoratus eſt. Foro : & roſtris. in quibꝰ laudatus eſt.nam romani omnes claros uiros(author Dionyſius) ſiue ꝙ illi bellorum ducatum acceperint:ſiue ciuilium negociorum magiſtratus:& ſua prudentia conſilia:actioneſqꝫ pulchras ediderint:neqꝫ tantum bello morientes : ſed & cæteros qualicunqꝫ functos uitæ fine laudari in foro inſtituerunt: ſumpto initio a Publicola:qui bruti corpus ibi proponẽs ornatum decenter in lectulo aduocata populi concione pro roſtris funebrem orationem habuit.nec me præterit roſtra pro magiſtratibus ſumi:ꝙ in his concionarentur:& Cornelium Seuerū dum laudat Ciceronem:pro eloquentia poſuiſſe.
Roſtra Roſtra inquit Liuius ex nauibus Antiatum:ex quibus ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit:roſtraqꝫ id templum appellatũ: ad Comitium prope iũcta curiæ : ſed poſtea loco mota:&.M. Tullius in Vatinium produxeris iudicem in roſtris.illo inquam inaugurato templo.roſtra in regione octaua iuxta forum locat Victor:quem locum ad ſtatuas clariſſimum fuiſſe docet Cicero pro Deiotaro : hinc Iuuenalis: cum forum nominauit:ſtatim ſubdit triumphales ſtatuas.Tranquillus bina roſtra fuiſſe indicat:Auguſtum laudatum pro roſtris ueteribus referendo: & Mar . Tullius in legibus inquit honoratorum uirorum laudes in concione memoranto : eaſque ad cantus: ad tibicinem proſequuntor. Supremus calculus. maximum ſuffragium : legitur etiam cumulus ideſt copia. Laudator. eloquentiſſimus. fuit enim in Tacito grauis:& eloquens oratio : cuius ſcripta:quo magis leguntur : eo plus ponderis & admirationis cum multiplici copia habere creduntur.dicam quod ſentio:nemo hiſtoricorum magis diligentem lectorem tenet : & alit : modo robur:& uim dicendi:non leuia tantum conſectetur. Plenus annis.ſenex admodum ſepultus eſt in Alſienſi uilla. Quos recuſauit.immo maiorem meruit gloriam:ꝙ principatum: quem uirtutibus meruerat: recuſauerat:laudabilius enim honores mereri:& non gerere:q̃ immeritos ſuſcipere. Quærendus.optandum ut uiueret. Exemplar uitæ prioris.tanquam unus ex antiquis romanis:qui nobis eſſet imitandus. Mihi.deſiderandus eſt. Publice.boni publici cauſa. Priuate.reſpectu meo. Eadem utriqꝫ regio.inſubria.ſumus ex municipiis.quæ ſunt in eadem regione:& cũ Ptolemæus in Inſubria quattuor tantũ municipia ponat.Nouariam: Titinum:Mediolanum:Nouũ Co
Virginiũ Medi. mum:addendo municipia finitima:& contermina neceſſe eſt Virginium Mediolanenſem:ſatis .n. conſtat Secundum fuiſſe Nouocomenſem.neqꝫ ullum prædictoꝝ oppidoꝝ:q̃ Mediolanum Como conterminum:& addiderit agros poſſeſſioneſqꝫ coniunctas.gaude igitur Italicarum præſtantiſſima ciuitas tãto ciue repto:non indigna tã clariſſimi uiri alumna:nec ille tã florentiſſimã pãriam ſibi reſtitutam dedigneť.utraqꝫ autẽ fuiſſe municipia:teſtimonio Secundi:ac Taciti:& antiquaꝝ memoriarum uero uerius confirmať. Relictus.teſtamento a patre. Affectum. amorem. Sic.tanta beniuolentia.
Candidatus Candidatum.petentem honores:mos erat magiſtratum petituris:ut abſqꝫ interiore tunica in comitiũ cãdida opti ueſte deſcenderent:ſiue:ut eo habitu ad oplicãdũ humiliores accederent:ſiue innocentiam ſuam ꝑ album indicantes colorem:ſiue:ut qui cicatrices haberẽt manifeſte ſigna fortitudinis apirent.nec

ſolum magiſtratus petitores dicebantur candidati:ſed ē̃t aliarũ reꝝ:nam Tranqui.in Veſpaſiano diſpenſationis candidatum dixit petentem diſpenſationem·candidati item Cæſaris appellati:qui principis epiſtolas in ſenatu legebant:& milites principales cãdidatos teſtatur Vegetius priuilegiis muniri. Suffragio.auxilio.uoce. Sic.tanto ſtudio. Ex receſſibus occurrit.tã:& ſi abeſſet:nec amplius ſe huiuſmodi officiis implicaret:tñ cũ præſenſerat me petere magiſtratꝰ ſtatim properabat in urbem:ut mihi adeſſet.
Officiis renunciaſſet.modus dicendi elegantiſſimus renuncio ſtudio:pro non amplius ſtudeo:& a ſtis ceſſo:a quo renunciatio.i. ceſſatio.

ſuffragio ornauit:ſic ad omnis honores meos ex ſeceſſibus occurrit:cum iampridem eiuſmodi officiis renunciaſſet:ſic illo die:quo ſacerdotes ſolẽt nomiãr:quos digniſſimos ſacerdotio iudicãt: me ſemꝑ noiabat:quin ē̃t in hac nouiſſima ualitudine ueritus:ne forte inter qnqueuiros crearetur:qui minuẽdis publicis ſumptibuſ iudicio Senatus cõſtituebant̃: cum illi tot amici ſenes:cõſulareſq; ſupereſſent: me huius ætatis: per quem excuſaretur: elegit:his quidem uerbis:etiam ſi filium haberem tibi mãdarem. Quibus ex cauſis neceſſe eſt tãq̃ immaturam morté eius ĩ ſinu tuo defleam: ſi tamẽ fas eſt:aut flere:aut oĩno morté uocare:qua tanti uiri mortalitas magis finita: q̃ uita eſt. Viuit enim:uiuetq; ſemper: atq; etiã latius ĩ memoria hominũ:& ſ̃moẽ uerſabit̃: poſtq̃ ab oculis receſſit. uolui tibi multa alia ſcribere: ſed totus aĩus in hac una cõtẽplatione defixus ẽ: Virginium cogito:Virginium uideo : Virginiũ iam uanis imaginibus:recentibus tñ audio:alloquor : teneo:cui fortaſſe ciues aliquos uirtutibus pares:& habemus:& habebimus: gloria neminem.

C.Plinius Valerio Paulino.S.

IRaſcor:nec liquet mihi an debeã: ſ; iraſcor.Sciſq̃ ſit amor iniquꝰ iterdũ:ĩpotẽſ

Illo die.calendis ianuariis lege Ouidium ĩ Faſtis:& Cor.Tacitus quindecimuirale ſacerdotium ſcribit pricipio anni ſolemne iuſiurandum ſolitum iurare:& nuncupationibus uotorum adeſſe: & Secundus libro quarto Frontinũ:cui in auguratu ſucceſſit:teſtatur ſe per multos annos ante obitum ſui inter ſacerdotes nominaſſe: tanq̃ in locũ ſuũ cooptaret. Me. dignũ ſuo ſacerdotio.Nouiſſima.qua interiit. Quinquemuiros.erant quinquemuiri.magiſtratus extraordinarii:primo creati ſunt de legibus imperio cõſulari ſcribendis. deinde agris diuidendis:quibus aliquando trium uiros præponebant:tertio de muris:turribuſq; conficiendis: nonnunquam minuẽdis ſumptibus imperatorum liberalitate cum ciuitas grauari uideretur. Minuendis publicis ſomptibus.ut ſupfluos: & nimios reip.ſumptus detraherent. Iudicio ſenatus.ſenatuſconſulto:& electione: cui Traianus multum tribuit. Conſulares.q conſulatum geſſerant. conſulares etiã fœminas dicimus conſularium uxores: adiſcit Saturninus matres:quod nuſquam relatũ ẽ:neq; reprũ autho. Vlp.at ſenatores aliđ erãt:nã oẽs cõſulares ſenatores erant: ñ oẽs ſenatores cõſulares:hoc apte colligitur ex lib. ſcđo belli punici ſcđi apud Liuium. Huius ætatis. iuuenem admodũ.
Excuſaretur.apud ſenatum q; ſe ualitudine excuſarem ne inter quinquemuiros eligeretur. Tibi mandarem. te tutorem relinquerem:uel hoc munus excuſandi iniungerem. Immaturam. ante tempus reſpectu deſiderii Secundi:nam ſi reſpexeris ad tertium:& octogeſimum annum erat matura. In ſinu tuo:apud te.Mortalitas.corpus:q; ſolum morti obnoxium erat. conditio moriendi: nam uita duplex eſt: una cum anima coniuncta corpori eſt:altera cum apud poſteros memoria nominis uiuit rebus præclare geſtis. Viuit.Martialis in obitu Salonini. Viuit qua uoluit uiuere parte magis. Viuet.fama illius erit immortalis. Ab oculis receſſit.remota inuidia. raro enim ante cineres gloria uenit. Multa alia.præter Virginii interitum. Video. uidere uideor.imaginor.
Vanis. falſis. Recentibus. actibus pauloante cum illo habitis. Gloria. laude: qui cum poſſit imperare id recuſet.

Quiquẽuiri

Conſulares

IRaſcor.Paulinũ monet:ut aliqđ ſcribat:cũ tãdiu nihil ab urbe litteraꝝ miſerit Valerius Paulinus circũiectas Galliæ Narbonẽſi ciuitates Vitelliana tẽpeſtate ĩ uerba Veſpaſiani: cuiꝰ añ fortunã aĩcus erat:adegit:cõcitiſq; oĩbus:qui exauthorati a Vittellio bellõ ſpõte ſumebãt.Foroiuliẽſem coloniã:clauſtraq; maris ꝑſidio tuebat̃:eo grauior author:q; Paulino pr̃ia Foriũiulii:& bonus apđ ꝑtorianos:quoꝝ quõdã tribunꝰ fuerat:ipſiq; pagãi fauore mũicipali:& futuræ potẽtiæ ſpe:iuuare ptes annitebat̃.plures ſunt ad eũ ep̃læ:moriẽs ius libertoꝝ ſuoꝝ Secũdo reliq̃t: Paulinũ tribunũ ĩ bello iudaico Ioſephus:& alteꝝ ꝑfectũ Alexãdriæ refert.Martialis pedũ pnicitaté ĩ Paulino admiratur:& Paulinũ a Seuero imp.interfectũ legimus. Nec liquet mihi.nullam adhuc certã rationẽ habeo an debeam iraſci. Iniquus.qui iniuſte cogat iraſci. Impotens.ad comprimendos affectus iniquos

Valerius Paulinus

de grammatica in quo eſſet loquendi ambiguitas. Diomedes:& Priſcianus in hoc opere Pliniū interdū citant. ipſe præterea in præfatiõe naturalis hiſtoriæ ſuū recognoſcit. nam de grammaticis inquit ſemp expectaui parturiri aduerſus libellos quos de grãmatica edidi: quorum fragmenta noſtro ſæculo Ioãnes Tortellius aſſerit ad manus ſuas perueniſſe. Nouiſſimis annis. imperii. tunc iã magis: atq; magis ſæuiē te Nerone. Seruitus. tyrannis. Paulo liberius. quale ſatyricū: hiſtoricum: comicum: tragicum. A fine Aufidii Baſſi. non a morte Aufidii Baſſi: ſed a fine hiſtoriarum eius: nam: & ipſe hiſtorias cõpoſuit: egregie utiq; in libris belli germanici præſtitit. extant adhuc quædam illius uerba de morte Ciceronis. uir fuit optimus: ſed infirmi: & exhauſti corporis: in quem ſenectus maximo pondere incubuit: uerum eã alacri animo quoad defecit ſuſtinuit: illū Seneca uidiſſe teſtatur: & conſtãtiam eius epiſtola commendat. uidetur illa hiſtoria Plinius Veſpaſiani tempora complexus: nos quidem inquit in præfatione naturalis hiſtoriæ omnes patrem te: fratremq; diximus opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi a fine Aufidii Baſſi. ubi ſit ea quæres: iam pridem per acta ſancitur: & alioquin ſtatutum erat hæredi mandare: ne quid ambitioni dediſſe uita iudicaretur. xxxi. liber hiſtoriarum romanarum: quas Tacitus: & Tranquillus interdum citant.

Aufidi⁹ Baſſus.

Pli. loc⁹.

xxx. unus. Naturæ hiſtoriarum. xxxvii. opus diffuſum: eruditū: nec minus uariū: quã ipſa natura. miraris ꝙ tot uolumina: multaq; in his tã ſcrupuloſa hõ occupatus abſoluerit? magis miraberis ſi ſcieris illū cauſas actitaſſe aliquãdiu: deceſſiſſe anno vi. &. L. mediū tp̃s diſtentū: impeditūq;: qua officiis maximis: qua amicicia principum ægiſſe. ſed erat acre ingenium: incredibile ſtudium: ſumma uigilãtia: Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat

Naturæ hiſtoriarum. de naturali hiſtoria: quo uno opere græcos eruditione uincimus: ibi enim omnem naturæ uim: & potentiam explicat: quo ſi latinitas careret non a fonte perenni: ſed a riuulis ſæpe deficientibus rerum cognitionem hauriret. quanta in eo eruditio: & uarietas: quanta rerū copia. quæ ſegetis fertilitas: & apotheca: ut mihi innumerabiles: & græcorum: & noſtrorum theſauros in unum cõpoſuiſſe uideatur: & eſſe maris inſtar: in quod omnia decurrant flumina: & unde emergant. Diffuſum. amplum: ſpacioſum. Eruditum. refertum rerum cognitione. Varium. diuerſitate rerū. Scrupuloſa. difficilia: ardua. Occupatus. officiis diſtentus. Homo. nõ deus. idem in præfatione. homines. n. ſumus: & occupati officiis. Cauſas actitaſſe. ſæpius dicendo patrocinium ſuum præſtitiſſe clientib⁹. Mediū tp̃s. dimidium uitæ. interdiu. Diſtentū. implicitum. Qua. partim. libro ſexto. qua fœminæ: qua uiri: & ad Traianum qua priuatim: qua publice: in panagyrico qua ciuium: qua ſociorum uoluntatibus: ideo plura exempla huc adduximus: ꝙ in multis exemplaribus legebatur quã: & ne uno Secundo contenti ſimus Apuleium audiamus libro nono dicentem: qua pugnis: qua cubitis: qua morſibus conuerberat: & Pacatum in laudibus Theodoſii: iam te ipſum qua publice: qua priuatim uideret priſcorum luxuria ducum uiuentem: denicq; Mamertinum pro conſulatu: qua ſacra: qua prophana rapiebant. Amicicia principū. Veſpaſiani præſertim: & Titi: ꝙ ipſe confitetur. ſubciſiuis inquit temporibus iſta curamus. i. nocturnis ne quid ueſtris putes ceſſatū horis: dies uobis impendimus. Acre acutum: uehemens. Lucubrare. ſtudere. nã lucubratio eſt ſtudiū nocturnū non ſolum circa litteras: ſed etiam alias res. Fabius ideoq; lucubrantis ſilentiū noctis: & clauſum cubiculū: & lumē unū uelut tectos maxime teneat: & libro. xi. oratori uigilandæ noctes: & fuligo lucubrationū bibenda. Apuleius uerū perpeti etiam nocte prorſus inſtabili machinarum uertigine lucubrabant peruigilē farinã: Columella item ad lucubrationem ueſpertinã palos decē: uel ridicas quinq; conficere poteſt: totidēq; per antelucanam lucubrationem: & ſalix deciſſa pridie ad lucubrationem expurgari poteſt. Tranquillus lucubratoriam lecticulam appellat: in qua lucubrare ſolebat Auguſtus. A Vulcanalibus. feſtis Vulcano dicatis. ridicula illorum interpretatio: qui uulcanalia accipiunt tempora nocturna: quibus ſurgunt fabri ad opus antelucanum. de menſe auguſti fuiſſe Vulcanaliorum diem authoritate Plinii: & Columellæ comprobatur: ille enim libro. xvii. fici cum Vulcanalibus tonuerit cadent. at hic. xii. libro inquit decimo calendas ſeptembres ſol in uirginē trãſitū facit: hoc: & ſequenti die tempeſtatem ſignificat: interdū: & tonat: & paulo poſt. cæterę auguſto circa uulcanalia tertia ſatio eſt: eaq; optima radicis: & rapæ: itē napi: idē mox atrum olus iubet ſerere a uulcanalibus uſq; in calendas ſeptembres: & raphanum auguſto menſe circa uulcanalia cum maturius: de quib⁹ in cultu ortorū ſic mentionē fecit. Quin & Tardipedi ſacris iam rite peractis Nube noua ſerit: cœli pendentib⁹ undis Congilis. ex præcedentib⁹ igit colligo Vulcanalia fieri ad decimū cal. ſeptembris: cui ſententiæ accedit fragmentū uetuſtiſſimi calendarii Romæ repertū: ſic enim inciſum fuit in mēſe Auguſto. C. X. VOLCAN. NP. VOLCANO. IN. CIRCO FLAM. nam. P. Victor ædem Vulcani in Circo Flaminio nona urbis regione locat. poſtridie Vulcanalia mondū patere tradit Feſtus. nec me fugit inſup Vulcani luſtria fieri ſolita circa. xi. cal. Iunias Ouidio in Faſtis referente: quē ſi totū haberemus: non pfecto elaborauiſſemus in Vulcanaliorum die inquirendo. ſolitos aūt fuiſſe ueteres in fine autūni: ꝙ etiã nunc in publicis gymnaſiis obſeruat: lucubrationē antelucanam incipere teſtatur Iuuenalis. at nunc poſt finē

Qua.

Lucubratio.

Vulcanalia.

autumni media de nocte ſupinum Clamoſus iuuenem pater excitat:accipe cæras:Scribe puer.uigila:uñ nimiũ laudaf a Secundo auunculus:ꝙ ſoleret inchoare lucubrationem autumni initio. Nō auſpicā-di.nō auſpicii capiēdi.mos erat ante dilluculū luminibus:& lychnis apertis auſpicia capere Plut.in quæ-
Auſpicium. ſtionibus referente:priuſq; auſpices poſtea augures nominatos:& Merellū pont.Max.uetuiſſe poſt augu-ſtū inaugurare Gellius Varronis authoritate innixus tradit.nā magiſtratꝰ quādo una die eis auſpicādū
Augurium. erat:& ſup auſpicato agendū poſt mediā noctem auſpicabantur:& poſt meridiē ſole magno. diuerſum fuiſſe auſpiciū ab augurio Pli.ſenior oſtē-

non auſpicādi cauſa : ſed ſtudendi ſtatim a nocte multa:hyeme uero ab hora ſeptima: uľ cū tardiſſime octaua.Erat ſane ſomni parciſſimi: nonnūq̄ etiam inter ip̄a ſtudia inſtantis & deferentis.Ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem:Nā ille quoq; noctibus utebatur:inde ad delegatum ſibi officium:reuerſus domum quod reliquū tēporis:ſtudiis reddebat:poſt cibum ſæpe:quē interdiu leuem:& facilem ueterum more ſumebat. æſtate ſiquid ocii:iacebat in ſole : liber legebať : adnotabat:excerpebat:nihil enim legit:q̄d nō excerperet:dicere ēt ſolebat:nullū eſſe librū tā malum:ut nō aliqua ex parte ꝓdeſſet.Poſt ſolē plærūq; frigida leuabatur:deinde guſtabat: dormiebatq; minimū:mox quaſi alio die ſtudebat in cœnæ tp̄s:ſup hanc liber legebať:annotabať:& quidē curſim.Memini quēdā ex amicis:cū lector q̄dā perperā ꝓnunciaſſet:reuocaſſe:& repeti coegiſſe:huic auūculum meū dixiſſe:itellexeras:nēpe cū ille annuiſſet:cur ergo reuocabas?decē amplius uerſus hac tua īterpellatiōe ꝑdidimus:tāta

dit:cū inquit auguria ex auibꝰ Car. auſpicia auiū Thyreſias inuenit : auſpiciū.n.ab auiū aſpectu:& auguriū ab auiũ garritu dictū ſcribit Feſtꝰ. Statiũ a uulcanalibꝰ ſic ordinandū.i.ſequenti die poſt uulcanalia:eſt alia lectio ꝓ ſtatim : ut legas æſtate tanq̄ ſi annū in duo diuideret tātū:in æſtatē:& hyemē:ac priorē autumni ptē:& ueris poſteriorē ꝓ æſtate intelligeret:nā ſequitur hyeme uero:& ipſe Secūdus libro.viii. ad Fuſcum ubi quomodo ſtudeat ſcribit: annū tm̄ ī æſtatē:& hyemē partiť. A nocte multa ad multū tēporis ante diei exortū. Septima.noctis. Cū tardiſſime.repete icipiebat lucubrare. Somni parciſſimi. tantū.n.dormiebat q̄tū ad tuendā ualitudinē ſatis erat.unde in præfatione inquit cū ſomno ualitudinē computamus. Inſtantis.grauantis eius oculos. Deſerētis. abeūtis ipſo tractu:& reſiſtentis. Ille noctibus utebatur.uigilabat ante diē.memorat Trāquillus Veſpaſianū multū de nocte uigilaſſe:deinde per lectis epiſtolis:officiorumq; omniū breuiariis amicos admittere ſolitū:& Philoſtratus nō multū diſparia refert ſummo mane Apolloniū ueniſſe ad Veſpaſianū: percuntatumq; ianitores q̄d imperator ageret:audiuiſſe illū iam pridem ſurrexiſſe:& ſcribendis epiſtolis uacare:quo audito dixiſſe Apollonium Damidi.iam uir regnat. Delegatum.cōmiſſum:demandatum a Veſpaſiano. Reuerſus.poſt peractū officium. Leuem cibum.
Interdiu. mediocre prandium. Interdiu.de die.in quem ſenſum.Caro.Terentius:Varro:Marcellus accipiunt:nomen etiam interdius ab aduerbio deducentes. Veterum more.qui bis in die cibū ſumebant.id quod a quibuſdam Secundi temporibus obſeruabatur:maior tamen pars cœna contēta erat. In ſole.ad ſudo-
Frigida. res excitandos.Iuuenalis:Noſtra bibat uernum cōtracta cuticula ſolem. Frigida.aqua:quam antiquos
Calida. guſtare conſueuiſſe Athenæus teſtatur:conuenit itaq; Cæcilianæ breuitati:ut frigida tantum legatur:& Columella greges armentorum frigida lauari iuſſit:pari modo libro.xxviii.os calida.Martialis in diſtichis:Frigida non deſit:non deerit calda potāti:non abnuerim plærūq; frigidā : & calidam cum additione aquæ apud authores inueniri.Fabius tradit ſæpius reperiri caldum.q̄ calidum: tarenter.n.hoc uti ꝓbaros:ſic in epiſtolis ad.C.Cæſarem emendatius executum Auguſtum:non quia calidum non ſit latinū ſed quia odioſum. Lauabatur frigida.ad reſtringendum corpus. Quaſi alio die. poſt ſomnum tanq̄
Perperā alia nox præteriſſet. In.uſq; ad. Legebatur.ab aliquo lectore. Curſim.raptim: properanter. Perperam.male.barbare.uocabulum hiſtoricorum:ꝙ Liuius interdum uſurpat.Hirtius tamē aut Oppius nō uſquequaq; in eundem ſenſum.capti inquit tabellarii:qui a Corduba ad Pompeium miſſi erant. perperamq; caſtra noſtra peruenerant.i.temere:& errore uiarum decepti. Reuocaſſe.iuſſiſſe lectorem quæ dixerat.repetere. Nempe cum ille annuiſſet.cum amicus reſpondiſſet quæ lector male pronūciauerat:
Verſus intellexiſſe. Verſus.an quia liber ille metro conſtabat:an quod magis probo ordines uerborum: quas uulgo lineas uocamus.Fabius quippe cum in Bruto.M.Tullius tot milibus uerſuum de romanis tantū oratoribus loquatur.Secundus libro quarto:non paginas tantum epiſtolæ.ſed etiam uerſus : ſyllabaſq; numerabo.Tranquillus in Auguſto:non diuidere uerba.non ab extrema parte uerſuum habundātes lit-
Interpellare. teras in alterum transferre ſolitus erat.Virg.etiā remorum:& uitiū ordines uerſus uocat.Cenſorinꝰ nominatū uerſum ab eo ꝙ fluat:ſeq; ipſe circumeat:putat. Interpellatiōe.interruptiōe.eſt aūt īterpellare

ſecundum Aſconium mediam alterius orationem interrumpere:uel Actioni alterius ſe interponere: interdum ad alia transferrẽ:ut apud Liuium morte alterius Cenſoris religionem interpellatã legimus. idẽ ualet interpollare frequens apud.Qu.Curtium tradentem epularum ſacietatem Alexandrum ludis interpollaſſe:& ocio bellum interpoliandum.aitbi:ſi quis arti tuæ intentum : & extra ſpectantem ſic interpollet.aliquando differre ſignificat.ut illud non ultra interpoliandum ratus. Parſimonia.diligentia nõ abutendi temporis. Surgebat.ordo:& ſenſus:æſtate ſurgebat a cœna luce ideſt æſtatis tempore finem

erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate a cœna luce:hyeme intra primam noctis : ſed tanquã aliqua lege cogente : hæc iter medios labores urbisq; fremitum . in ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur:cũ dico balinei de interioribus loquor.nã dũ diſtringit̃:tegiturq;: audiebat aliquid:aut dictabat.i itinere quaſi ſolutus cæteris curis huic uni uacabat . ad latus notarius cũ libro: & pugilaribus: cuius manus hyeme manicis muniebantur: ut ne cœli quidem aſperitas ullum ſtudii tempus eriperet:qua ex cauſa Romæ quoq; ſella uehebatur . Repeto me correptũ ab eo cum ambularem : poteras inquit has horas ñ perdere.perire.n.oẽ tempus arbitrabatur:quod ſtudiis nõ impartiret̃.Hac intentione tot iſta uolumina pegit: electorũq; cõmentarios. clx. mihi

cœnæ ſuæ faciebat adhuc lucente die : at hyeme intra primam noctis horam cœnã terminabat. Lege.neceſſitate. Hæc. obſeruabat prædictum uitæ ordinem. Vrbis fremitum.ſtrepitum: perturbationem urbanam. In ſeceſſu. in uilla. Interioribus.locis balinei ſecretioribus. ut de thermis: baptiſterio. piſcina frigidaria: & caldaria. Diſtringitur: ſtrigilibus radit̃: de quibus Marti. Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro.cõſueuere antiqui ad ſudotem excitandum ſtrigilib⁹ radi leuiter. erat autẽ ſtrigilis inſtar eius: qua equi ſtrigilant̃:ſed minor: & leuior. Apuleius ſtrigileculam nominauit. Hippias inquit ſophiſta ſibimet fabricauerat honeſtam ſtrigileculam recta faſtigatione clauſulæ: flexã tubulatione liguiæ: ut & ipſa in manu capulo moraret̃: & ſudor ex ea riuulo labetetur: & ſtrigilibus aureis uſos græcorum quoſdã tradit Athenæus.nam fricatio ſi uehemens ſit : corpus durat : ſi lenis mollit:ſi multa minuit:ſi modica implet . in hac Aſclepiades maximam partem uoluminis : cui titulus communium auxiliorum conſumpſit. Audiebat aliquid. intendebat legenti aliqua. Dictabat. dicebat quæ notarius exciperet. Huic uni.compoſitioni. Ad latus.iuxta erat.adhærebat. Notarius. q notis quibuſdam breuibus citiſſime notabat : quæ Plinius dictaſſet.de quo Martialis: Currant uerba licet manus eſt uelocior illis:nondum lingua ſuum : dextra peregit opus. Seneca quid uerborum notas: quibus quãuis citata excipitur oratio:& celeritatem linguæ manus ſequitur. ſed pluribus notarii uelocitatem Auſonius exequitur eo carmine:cui initium:Puer notarum præceptum. huius inuenti exordiũ Plutarchus Ciceroni aſcribit:hanc ſolam dicens Catonis orationem ſeruatam.M. Tullio conſule uelociſſimos ſcriptores deponente:atq; docente:ut per ſigna quædam:& paruas:breueſque notas multarum litterarum uim habentes dicta colligerẽt.nondum enim reperti erant ii qui notarii appellantur:ſed tũc primum huius rei ueſtigium ferunt extitiſſe: nam poſtea Mœcenas notas quaſdam litterarum breuiſſimas excogitauit:& eas per Aquilam libertum multis publicauit.notarios Tranquillus & Seneca actuarios appellant:quod in acta referrent actiones:quæ dicebantur in ſenatu:& ad populum: longo tempore poſt dicti ſunt notarii: quibus publica cura ſtipulandorum inſtrumentorum ab imperatore commiſſã fuit. Lampridius eum notarium:qui falſum cauſæ breue in conſilio imperatorio retuliſſet Seuerus inciſis digitorum neruis ita:ut nunquam poſſet ſcribere:deportauit.dictos notarios a notis Hammoni⁹ credidit:& Paulus de teſtamento militari innuit.L. inquit Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit. Manicis.tegumentis manuum contra frigus.Palladius.tunicas uero pellicias cum cucullis:& ocreis.manicaſq; de pellibus:quæ uel in ſyluis:uel in uepribus ruſtico operi:& uenatorio poſſint eſſe communes parari iubet.fiunt interdum manicæ ferreæ:quibus utuntur milites in bello ad tutelam manuum:harum mentionem fecit Iuuenalis.Balteus:& manicæ: & Flaui⁹ Vegetius monet ſiniſtra brachia ſagittariorum manicis munienda.ſunt præterea manicæ uincula ad conſtringendas captiuorũ manus. Virgil.manicis poſt terga reuinctum. Apuleius manicis etiam cunctos coarctant.pedicæ autem ad continendos pedes.idem author:quid ſi manus manicis conſtringantur?quid ſi pedes pedicis coartẽtur? Virgil. Tunc gruibus pedicas:& retia ponere ceruis. Aſperitas cœli.frigiditas aeris intoleranda.

Sella lectica:quam cubiculum uiatorium Plinius uocat.in ea ſolitos legere romanos teſtatur Iuuenalis:Atque obiter leget:aut ſcribet:uel dormiet intus. Repeto.reminiſcor. Ambularem.ſpaciarer ocioſe. Perire omne tempus. Varro dum ſtuderet pluribus horis uiuere arbitrabat̃: noſtra enim uita uigilia eſt.Saluſtius in præfatione Catilinarii indoctorum uitam:& mortem iuxta exiſtimat. Impartiretur. daretur. Intentione.perſeueranti ſolicitudine. Commentarios. commẽtarii ſunt nõ eloquẽtiæ cauſa

Strigiles

Notarii

Manicæ

Pedicæ

Commẽtarii

ſcripti:ſed memoriæ ſummá re℞ complectentes:& id præcipue agentes:ut ſi quis eloquens uellet maio rum geſta referre:materiam ex cōmentariis eloquii miniſtris haberet.unde multos imperatorum legius commentarios re℞ ſua℞ reliquiſſe:ut Tiberium tradente Suetonio: nam de uita ſua cōmentarios ſummatim:breuiterq; compoſuit:& Cæſarem dictatorem cōmentarios ſuos tam eleganter compoſuiſſe:ut prærepta:non præbita facultas ſcriptoribus uideatur.pudet referre:quæ dicant ſup illud Modeſtini .ff. quarto in cōmentarium principis deferri: nos in diurnalem:& rationalē: in quē princeps acta ſua refert: interpretandum ducimus. Electorum.rerum electarum.

Opiſthographos

Opiſthographos. in tergo ſcriptos: ὀπισθεν enim poſt. γραφη ſcriptura.fuit enim moris antiqui tantū in anteriore pagina ſcribere: quod Mart. monſtrat de ſuo libro ſcribens ꝛuerſæ pueris arande carthæ: & Iuue.longiſſimā tragœdiam taxans in prīa ſatyra notat: & in tergo nec dum finitus Oreſtes.Porphyrionem Acro ſecutus hoc uerbo utitur: opiſthographas epiſtolas appellans.& Vlpianus de bonorum poſſeſſione ſecūdum tabulas. Carthæ appellatio etiam ad nouā carthā refertur: & ad deletitiam:proide ſi in opiſthographo quis teſtatus ſit hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio.uis ridere: lege inibi iuriſconſultorum gloſemata.opiſthonomos boues in Lybia dici a quibuſdam teſtatur Athenæus ꝙ retroeuntes paſcuntur. Qua ratione. ꝙ erant in tergo ſcripti:& litteris minutiſſimis. Multiplicatur.geminatur.fiūt.cccxx. Referebat. narrabat.

Procurator Cæſaris

Procuraret.procurator Cæſaris eſſet: cuius acta geſtaq; ſic comprobabātur:ac ſi a Cæſare geſta eſſent:nā Claudius a ſenatu impetrauit: ut quæ ſui procuratores ſtatuiſſent eandē uim haberent ac ſi ipſe ſtatuiſſet:ſi tamē uenditionis:uel tranſactionis: uel donationis cauſa quaſi rem propriam tradant: nihil agunt:nō .n. alienare rem Cæſaris inuito principe lic;: ſed diligenter gerere cōmiſſum.eſt autem ꝓcuratoris officiū rationes omnium reditū:qui ad Cæſarē ſpectarent ꝓcurare diligenter: cū facultate defendendi:& agendi non alienādi: & diſtrahendi:Lāpridius in Seuero ꝓcuratores interpretatur rationales:in quo℞ ſimilitudinē:qui rē priuatā curant ꝓcuratores Columella nominauit. Largio Licinio.de quo in præcedentibus. Quadringentis milibus.Nummū.quadringentis ſextertiis. potius nummū dicimus:quæ forma in pōderibus frequētius obſeruatur.nummo℞ quidā ferrei:ut apud Spartanos: quo℞ author Lycurgus: quidā ærei:quorū inuentor Saturnus ſecundū Eutropiū:Plinius tñ Seruiū regē primū ſignaſſe æs aſſerit: quidā argentei: quo℞ Phedō excogitator.aureo℞ nummo℞ inuentorē Plinius neſciri putat.Plut.ſcripſit quattuor nū

Nūmus

mos ualuiſſe drachmā unā atticā:ita ut mile nūmi drachmas atticas ducentas & quinquaginta conficerent. Pauciores.mīores numero. Principū. Veſpaſiani ac Titi:ſuperiorūq; ærarii ſuæ Cæſa℞. Nec in officiis ullis.tanq̄ ſi ſtudio tm̄ uacaſſet. Nec ſcripſiſſe ſatis.reſpectu ſtudii intentiſſimi. Illæ occupationes.circa diurna officia:quæ oīa ſtudia ipedire debuiſſent. Inſtantia.cōtinua ſtudio℞ itentio: & aſſiduitas. Ego aūt.ſum deſidioſiſſimus in cōparatione illius:ſed alio℞ non:cū ſim occupatus publicis: & priuatis officiis. Collatus illi. ſi cōparet auunculo meo. Tota uita. totū uitæ tp̄s. Litteris aſſident. in ocio litterario ſunt. Somno.ꝙ ſcripſerit:& ſtuduerit minus q̄ ille. Extendi epiſtolam. longiorē feci q̄ inſtituerá. Hoc.quot eſſent Plinii libri. Hæc de ſtudio eius. Elaborandum. excolendum cū labore perficiendum. Stimulis.irritamentis.

reliquit Opiſthographos quidem: & miutiſſime ſcriptos: qua ratiōe multiplicat hic numerus. referebat ipſe potuiſſe ſe: cū ꝓcuraret ī Hiſpania: uendere hos cōmentarios Largio Licinio .cccc. mil. nūmū: & tūc aliquāto pautiores erāt. Nōne uidet tibi recordāti quantū legerit: quantū ſcripſerit: nec in officiis ullis: nec in amicicia principū fuiſſe: Rurſus cū audis: qd ſtudiis laboris īpenderit: nec ſcripſiſſe ſatis: nec legiſſe: Quid ē .n. qd non: aut illæ occupatiōes īpedire: aut hęc inſtantia nō poſſit efficere: Itaq; ſoleo ridere: cū me qdā ſtudioſum uocant: qui ſi cōparer illi ſum deſidioſiſſimus. Ego aūt tñ: quē parti publica: parti amico℞ officia diſtringunt. Quis ex iſtis: q tota uita litteris adſidēt: collatus illi: n̄ q̄ſi ſomno: & inertiæ deditus erubeſcat: Extēdi ep̄lam: q̄uis hoc ſolū: qd requirebas: ſcribere deſtinaſſē: quos libros reliqſſet. Cōfido tñ hæc quoq; tibi n̄ minus grata: q̄ ipſos libros futura: quæ te non tantum ad legendos eos: uerumetiam ad ſimile aliqd elaborandum poſſunt æmulationis ſtimulis excitare. Vale.

C. Plinius Seuero. S.

EX hęreditate: quę mihi obuēit: emi ꝓxime

EX hæreditate.Seue℞ municipem ſuum rogat:ut ſignum æreum Comi ī tēplo Iouis ponendū procuret:baſimq; eum ſuo:& hono℞ nomine incidendam: ſe breui in patriā uenturum promittens. Ex hæreditate.ſiue Saturnini:ſiue aliorum:nā multo℞ hæres fuit Scds. Proxime

nuper. Corinthium ſignum.ſtatuam ex ære corinthio olim in maximo precio: ut Verres potius uoluerit exulare:quam corinthia tradere Antonio.de corinthio ære:& ſtatuis ſupra hiſtoriam altius repetiuimus. Modicum.mediocre. Feſtiuum.gratioſum.elegans. Expreſſum.faberrime ſignatum. & excuſſum ad archetypum. In omni re.ſapio perexiguum. In hac.fabrili:& ſtatuaria. Celat uitia.ueſtit: cōtegit multo enim præſtantius facere ſignum nudum ad unguem:q̃ ueſtitum. Parum.obſcure:ſed aperte. Effingit.format.exprimit.repræſentat per effigiem. Stantem.erectum.pedibus nitentem. Muſculi.ex neruis:& carthilagine condenſati : q̄bus robur oſtenditur.

Corinthium ſignum:modicum quidem: ſed feſtiuum:& expreſſum:quantum ego ſapio: qui fortaſſe in omni re: in hac certe per quam exiguum ſapio : hoc tamen ſignum ego quoque intelligo: eſt enim nudum:nec aut uitia:ſi qua ſunt: celat: aut laudes parum oſtentat : effingit ſenem ſtantem.oſſa:muſculi:nerui:uenæ:rugæ: etiã ut ſpirantis apparent:rari:& cedẽtes capilli: lata frõs: contracta facies:exile collum: pendẽt lacerti:papillæ iacent:uenter receſſit:a tergo quoq; eadem ætas:ut a tergo æs ipſum: quãtũ uetus color indicat:uetus:& antiquum. talia deniq; omnia: ut poſſint:artificũ oculos tenere:delectare imperitorum : quod me quanquam tyrunculum ſolicitauit ad emendum:Emi autem: non ut haberẽ domi:neq; enim ullum adhuc Corithium domi habeo: Verum ut in patria noſtra celebri loco ponerem:ac potiſſimum in Iouis templo: Videtur enim dignum templo:dignum deo donum. tu ergo(ut ſoles omnia : quæ a me tibi iniunguntur) ſuſcipe hanc curam: & iam nunc iube baſim fieri ex quo uoles marmore: quæ nomen meum: honoreſq; capiat:ſi hos quoque putabis addendos. ego ſignum ipſum:ut primum:iuenero aliquem: qui non grauetur:mittam tibi:uł ipſe(quod mauis)Afferam mecum.deſtino enim ſi tamen officii ratio permiſerit: excurrere iſto. gaudes q̄ me uenturum eſſe polliceor.ſed contrahes frontem: cum adiecero ad paucos dies : neq; enim diutius abeſſe me eadem hæc:quæ nondum exire patiuntur. Vale.

Muſculus

itaque Columella equum lato: & muſculorum toris numeroſo pectore commendat. Rutilius Taurus Aemylianus apud eundem omne corpus muſculorum denſitate nodoſum cæteris anteponit. & Vegetius tyrones muſculoſis humeris cõpactos mauult eligi. hic quæret aliquis cur Seneca in naturalibus medullas : & muſculos oſſibus attribuerit. tanquam eſſent medullis connexi muſculi:ſed non ita eſt:nam ſicut medulla eſt tanquam oſſis anima:ita muſculi cathena illius: an magis extrinſecus roboris miniſtri.muſculus inſuper bellicum iſtrumentum a marinis belluis authore Vegetio:de quo pluribus Cæſar : & Hirtius in commentariis: & diminutiuũ a mure.authores ſunt Plinius:& Apoleius. Venæ. ſanguinis receptacula:arteriæ ſpiritus Seneca tradente:at Gellius ſcribit uenam receptaculum ſanguinis:& ſpiritus commixti:in quo minus ſpiritus ſit: plus ſanguinis:arteriam uero eiuſdem commixturæ: ſed in qua ſpiritus plus: ſanguinis minus. Magnus etymologicus ſententiam Senecæ comprobat:& arteriam: q̄ ſpiritū ſeruet:uel q̄ cõtra eleuet tremores faciens: more ſuo dictam putat. Ariſtoteles de uenis multa libro tertio de animalib⁹. Rugæ.tenues ſulci:nam criſpatur pellis ex ſenio deficiente ſanguine. Vt ſpirantis.tãquam ſi uiueret. Cedentes.demiſſi:plani.

Vena
Arteria

Exile collum . & quæ ſequũtur ſigna ſunt præmaturi ſenis. Papillæ.mammæ: abuſus tamen eſt uocabulo: nam mamilla eſt omnis eminentia uberis: papilla breue illud unde lac trahitur:quantum a Columella colligitur. Iacent. dependent. Receſſit.fugit.diminutus eſt. Eadem.ſenilis.uidetur. Vt a tergo.apparet:uel eſt.

Papilla
Mamilla

Artificum.peritorum excuſſorum. Tenere oculos. in contemplationem. ſui adducere. Tyrunculum.rudem ĩ hac arte. tyro enim in quacunq; re nouus tranſlatiue dicitur. Corinthium.ſignum. In patria noſtra. Comi. Celebri.frequenti. Dignum templo.quod maximum in municipio erat.ſicut Iuppiter inter deos maximus credebatur. Baſim.firmamentum.ſuppedaneum. Capiat. inciſos habeat. Honores.magiſtrat⁹. qui a nobis in eius uita enumerantur. Quod mauis.quod erit tibi gratius. Officii. præfecturæ ærarii. Iſto.cõmum. Contrahes frontem.triſtaberis:quod monſtratur ex corrugatione frontis: quæ modo triſticiam:modo læticiam aperte indicat. Adiecero.addidero me futurum tecum. Eadem hæc.officii negocia & occupationes. Exire.proficiſci ab urbe.

C.Plinius Caninio Rufo.S.

Silius Italicus

MOdo nunciatus.Silii Italici mortẽ Caninio Rufo municipi ſuo ſignificans de breuitate uitæ conquerit̃:inde ſumpta occaſione cũ res humanæ futiles:& caducæ ſint:eũ hortat̃:ut aliquo ſtudioꝝ opere pfecto mortalitatẽ fugiat. Silius Italicus.orator: & poeta: qui ſecundũ bellũ punicũ metro complexus.Italicũ aũt exiſtimo cognominatũ non ab Italia: neq; ab Italica colonia in Hiſpania:cuius gentile ſecundũ Stephanũ Italicenſis ẽ:ſed a Corfinio Pelignoꝝ metropoli:quã Samnites communẽ uniuerſis Italis ciuitatẽ demonſtrantes:eamq; tranſlato nomine Italicam appellantes contra po.ro. receptaculũ: propugnaculumq; conſtituerũt authore Strabone. Stephanus præterea Italicum Siciliæ oppidulum eſſe teſtat̃:nã ſi fuiſſet hiſpanus pfecto Martialis illius unicus admirator:& laudator auidiſſime tantum uiꝝ:& dignitate: & ingenio celeberrimum inter ſuos recenſuiſſet: ubi hiſpanoꝝ ſcriptorũ ſumma cum uoluptate meminit. addo ex authoritate Taciti: Italicum Sueuoru3 regẽ iiſdem temporibus fuiſſe. Inedia. abſtinentia edendi. Neapolitano.prædio: qđ iuxta Neapoli3 poſſedit. Valitudo. morbus fuit. Clauus inſanabilis.ſecũdũ medicos clauus uocatur exitus tunicæ uueæ ocul:& tũicæ oculi exit⁹ ab ulcere κλοσ græce dicitur: icurabilis aliquando: & ad perniciem trahens. inquit autem. Paulus libro ſexto. clauus callus eſt rotundus albus ſimilis claui capiti per omnem corporis partem conſiſtens.ſed præſertim in plãta pedum:& digitis dolorem: & difficultatem in greſſu inurit . morticinum uulgo appellatũ ſcribit Pli.& Cor.Celſus tradit.clauus uerruca nõ diſſimilis:nonnunq̃ alibi:ſed in pedibus maxime naſcit̃:præcipue ex contuſo:q̃uis interdũ aliter:doloreq;:ſi non alias:ingredienti tñ mouet:ſine curatione uix unq̃ definit:naſcunt̃ & in albo oculi calloſa tubercula:quos clauos a ſimilitudie figuræ idẽ uocat.& Vlpianus de edicto edilitio:qui clauũ habet:morboſum cenſet. bouũ etiam ceruicẽ : & ouium ungulas infeſtare clauos tradit Columella.& clauũ in arboribus morbũ refert Teophraſtus: & cũ ſecutus Plinius.nec me pterit Columellã clauiculos in uite ſolitũ nominare exiles nepotes exeuntes a palmite:quos capreolos uulgus appellat. Beatus:& felix.de quibus copioſe libro primo. Minorẽ. filiũ Seuerũ nomine:cuius obitu Martialis libro nono patrẽ ſolatus eſt carmine:cui initiũ: Feſtinata ſui gemeret cũ fata Seueri Silius auſonio nõ ſemel ore poiẽs. Meliorẽ.pſtantiorẽ filiũ. Florentẽ.ætate: & fortuna.

MOdo nũciatus ẽ Silius italicus ĩ Neapolitão ſuo inedia uitã fuiſſe:cã mortis ualitudo: erat illi natus iſanabilis clauus: cuius tedio ad mortẽ irreuocabili cõſtãtia decurrit:uſq; ad ſuppmũ diẽ beat⁹:& felix:niſi ꝙ minorẽ ex liberis duobus amiſit:ſed maiorẽ:melioreq; florẽtẽ:atq; ẽt cõſularẽ reliqt. læſerat famã ſuam ſub Nerone:credebat̃ ſpõte accuſaſſe: ſed in Vitelli amicicia ſapiẽter ſe:& cõiter geſſerat.ex pcõſulatu Aſiæ gloriã reportauerat:maculã ueteris iduſtriæ laudabili ocio abluerat.fuit iter principes ciuitatis ſine potẽtia:ſine inuidia: ſalutabat̃: colebat̃:multũq; i lectulo iacẽs:cubiculo ſp non ex fortũa frequẽti. doctiſſimis ſermonibus dies tranſigebat: cum a ſcribendo uacaret. ſcribebat carmina maiore cura : q̃ ingenio : nonnunquam

Clauus

Reliqt.ſupſtitẽ poſt ſe. Cõſularẽ.iã cõſulatu functũ. Læſerat famã.infamis fuerat:& mali nois Silius. Spõte accuſaſſe.ſua ſpõte:& nõ metu Neronis uiros bonos accuſaſſe. In Vitellii amicicia.Tacitus Cluuiũ Rufũ:& Siliũ italicũ teſtat̃ fuiſſe uerboꝝ teſtes:q̇ Sabinus:& Vitel.in æde Apollinis ſimul pepigere. Proconſulatu Aſiæ.quẽ ſub Domitiano fuerat adeptus. Gloriã reportauerat. laudat⁹ fuit quia in ea prouincia ſe integre geſſerat. Maculã.infamiã. Veteris:iduſtriæ.dũ alios accuſationib⁹ inſectatur ſub Nerone:ne ipſe periret. Laudabili ocio.ſtudioſo receſſu. Pricipes.primarios uiros diuitiis:& authoritate. Sine potẽtia.ſine iperio:& factiõe:unde ſine maliuolẽtia. Salutabat̃. ꝙ erat potẽrioꝝ Mar. teſtimonio. Cubiculo ſp.ſe cõtinebat:cubiculo inquã. Nõ frequẽti ex fortuna.i. nõ ea multitudie ſalutantiũ frequẽtato ſicut Silii fortũa exigebat:uel nõ ex fortũa frequẽti.i.nõ erat cubiculũ illđ ornatũ ſicut eius fortũa:q̃ ſæpe ſedam fuerat exptus:regrebat:ul' nõ ex fortũa frequẽti.i.nõ ex ulgari cõditiõe.an magis multos Silii cubiculũ frequẽtaſſe nõ fortunã ſequẽtes:ut ſolet uulgus: ſed mores eius ſpectatos. alia lectio ẽ nõ ex fortuna pñti.nõ.ſ.cubiculo ſe cõtinebat pp pñtem reꝝ ſtatũ:q optius eſt Traiano principe:ſed pp morbũ. Scribebat carmia. ſecũdũ bellũ punicũ metro cõponebat Mar. Sili Caſtalidũ dec⁹ ſoroꝝ:Qui piuria barbari furoris ingenti premis ore: nã cũ foro renũciaſſet aduerſus trãſit eodẽ libro epigrãmatωn ſexto referẽte. Emeritos muſis:& Phœbo tradidit annos:Proq; ſuo celebrat nũc Helicõa

Poeta foro. Cura.labore:arte. Ingenio.natura.nã oratores ſimus:poetæ naſcimur: & poeta natura magis: q̃

Natura arte cõſtat.hic faciunt Diogenis uerba:ita ſe inquit hẽt res:ut poetæ quidẽ ſi proſa oratiõe ſcribere uelint efficiant:q uero proſa ſcribere conſueuerunt: ſi poetæ ſibi partes uendicare uelint: non conſequantur:ex quo liquet alterum naturæ:artis alterum opus eſſe.Mar. Tullius pro Archia. atqui ſic a ſummis

hominibus.eruditiſſimiſq́ accepimus cæterarum rerum ſtudia:& doctrina:& præceptis:& arte conſta-
re:poetā natura ipſa conſtare:& mentis uiribus excitari. Iudicia.quid de ſcripris ſuis iudicarenr. Re-
citationibus:nam Secundus aſſerit recitationem eſſe optimum emendandi modum. Suadentibus an-
nis poſt ſexageſimum ætatis annum:cum liberum erat ſenatori uacare ab officiis publicis. Campania. Cápania.
de qua Pli.ſuo loco:& libro.xviii.ac cæteri rerum ſcriptores plura in laudem eius:unus ramē nobis Lu-
cius Florus hic ſatiſfaciet: toto orbe terrarum pulcherrimā Campaniæ plagam ſcribens: nō modo Ita-

iudicia hominum recitationibus experiebatur. Nouiſſime ita ſuadētibus annis ab urbe ſeceſſit: ſeq́ in campania tenuit:ac ne aduentu quidē noui principis inde commotus eſt. Magna Cæſaris laus:ſub quo hoc liberum fuit:magna illius:qui hac libertate auſus ē uti:erat.φιλοκαλλοσ uſq́ ad emacitatis repræhenſionem. plures iiſdem locis uillas poſſidebat:adamatiſq́ nouis priores negligebat: multum ſtatuarum: multum imaginum: quas non habebat mō:uerum etiam uenerabať: Virgilii ante oēs: cuius natalē religioſius: q̄ ſuū celebrabat:Neapoli maxie:ubi monumētū eius adire: ut templum ſolebat.in hac tranquillitate annū.v.&.lxx.exceſſit delicato magis corpore: q̄ īfirmo:utq́ nouiſſimus a Nerōe factus ē cōſul: ita poſtremus ex oībus:quos Nero cōſules fecerat: deceſſit.illud ēt notabile: ultimus ex Neronianis cōſularibus obiit:quo cōſule Nero periit.

liæ:nihil mollius cælo:nanq́ bis floribus
uernat:nihil uberiuſ ſolo: ideo ſummum
liberi patris cum Cerere certamen. nihil
hoſpitali⁹ mari:hic illi nobiles portus:Ca
ieta: Miſenus: & tepentes fontibus Baiæ
Lucrin⁹: & auernus quædam maris ocia:
hic amicti uiribus montes Gaurus:Faler-
nus: Maſſicus: & pulcherrimus omnium
Veſuui⁹ Aethnei ignis imitaror:urbes ad
Mare Formiæ: Cumæ: Puteoli:Neapolis:
Herculaneum: Pompeii: & ipſa capur ur-
bium Capua quondam inter tres maxi-
mas Romam.Carthaginemq́ numerata:
romani imperii æmula: & ꝓpter agri fer-
tilirarem ne deſtrueretur reſeruata. Ad-
uentu noui principis. Traiani in urbem:
qui dum eſſet in expeditione contra Ger-
manos a Nerua ſene adoptatus: & Cæſer
factus in urbem rediens habenas imperii
ſumpſit.huius reditus Martialis: ſed lati⁹
Secundus in panagyrico meminere . ubi
nos hiſtoriam melius explicabimus. Cō
motus.ut occurreret Traiano uenienti:ne-
mo enim Traiani aduenrū expauit. Cæ-
ſaris.Traiani. Liberum. permiſſum im-
pune:ne ſenator aduenienti principi officiū ſuum præſtaret. Illius Silii: qui non eſt ueritus iram Tra-
iani ocio ſuo.φιλοκαλλοσ.elegans:amaror pulchritudinis.eſt alia lectio non diſſona propter ſequen-
tia.καινοφιλος ideſt nouarum rerum cupidus. Emaciratis repræhenſionem.emendi uicium rarū uo-
cabulum inuentu emaciras:quod apud unum alium annotauimus: quoſdam inquit Columella emaci- Emacitas
tas in comparandis armentis exercet:de tuendis nulla cura tangit.nā ab emace deduci recte poteſt:quo
.M.Cato uſus eſt. Nouis.uillis:quas nuper coemerat. Priores:prius præſtinatas. Statuaꝝ.uirorū il-
luſtriū:& doctrina ꝓſtantiū. Imaginū.picturarū:quas in bebliothecis locabat antiquitas: ut illarū ſti-
mulis ad ſtudia icitarenť. Cuius natalē. Virgilii naralis idibus octobris fuit Mar.Octobres Maro cō- Virg.
ſecrauit idus: cui ſniæ Seruius accedit: & opinatur natalē tm̄ antiquos dixiſſe: iuniores addidiſſe diem: Natalis.
uiderit ipſe:& eū ſecuti:ego āt nō Horatiū: quē inter antiquos putat: ſed Terētiū potius antiquū reor: Antiqu⁹.
antiquū Neſtorē:& ulyſſem itelligit Secūdus apud Tacitū.qd ergo dixit comicus ille:nēpe.Virg.& Ho
ratius naralē tm̄:& iuniores:ut Mar.plærūq́ ſine additiōe diei:& lōge recētior eo Vegetius.qd ipſe Se-
cūdus:quimo ſæpius apud iuniores:qbus ē amica breuitas: natalē tm̄ mō inuenies ꝓſertim ſoluta ōro-
ne:nā poetas ꝓ cōmodo ſuo nō diſſentio cōfundere. Neapoli.Palæpolis olim uicina Neapoli poſtea ex Neapolis
duabus una facta ciuitas:& dicta Neapolis Chalcidenſium colonia:& ipſa Parthenope a tumulo Syre-
nis appellara:ad quā plurimi ab urbe ſecedebant quietis gratia:ut quos ſenectus: uel aduerſa ualitudo
conflictabat.maxime autē qui eruditioni dabāt operā:nec iniuria igiť a Martiale docta appellať. Mo
numentū eius.qđ teſtať idem author lib.xi.Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis:& mox:lā
ꝓpe deſertos cineres:& ſancta Maronis Noīa q colerer paup:& unus erat. Monumētū eius.cū Brūdu Virg.mo
ſii mortuus eſſet trāſlata ſunt eius oſſa Neapolim: & ſepulta uia puteolana intra lapidē ſecundū. Vt numētū.
templū.tanq̄ rem ſacrā:& diuinam. Tranquillitate.ocio litterario. Exceſſit.tranſgreſſus eſt. Delica
to.enerui.fluxo. Factus ē conſul.creatus eſt conſul a Nerone Silius cum galerio Trachallo: Pli.ſenior
libro octauo aeui ſui conſulatus Appii Iunii &.P.Silii meminit. Neronianis conſularibus.quos Nero
conſules fecerat. Quo conſule.dū Silius gereret conſulatū. duo notāda: & q ultimus a Nerone crea-
tus cōſul: poſt oēs neronianos conſules uixerit: & quod ultimus neronianoꝝ conſulū obierit:quo con
ſule Nero interiit:nā hoſtis ab ſenatu adiudicatus in ſuburbanū Phaontis liberti cōfugiēs:cum milites Neronis
ſentiret aduenientes:ſeipm adiuuāte Epaphrodito cōfecit anno ætatis ſuæ trigeſimo ſcđo: ut alii uno ætas.

Quod me recordantẽ fragilitatis humanæ miſe
ratio ſubit. Quid enim tã circumciſum? tã bre-
ue? q̃ hoïs uita longiſſima? an non uidet̃ tibi Ne
ro modo fuiſſe? cũ interim ex iis:qui ſub illo geſ
ſerant conſulatum:nemo iam ſupereſt? Quãquã
quid hæc miror? Nuper. L. Piſo pater Piſonis il-
lius:q a Valerio Feſto p ſummũ facinus in Afri-
ca occiſus eſt. dicere ſolebat: neminẽ ſe uidere in
Senatu:quẽ conſul ipſe ſententiã rogauiſſet:tam
anguſtis termis tantę multitudinis uiuacitas ipa
concludit̃:ut mihi nõ uenia ſolũ dignæ:uerũetiã
laude uideantur illæ regiæ lachrymæ. Nam fe-
runt Xerxen cum immenſum exercitum oculis
obiiſſet:illachrymaſſe:q tot milibus tam breuis
imineret occaſus: ſed eo magis hoc quicquid eſt
tẽporis futilis:& caduci:ſi non datur factis: nam
hoꝝ materia i aliena manu: nos certe ſtudiis me
moriã proferamus:& quatenus nobis denegatur
diu uiuere:relinquamus aliquid:quo nos uixiſſe
teſtemur. Scio te ſtimulis non egere: me tamen

minus:quidã trigeſimo menſibus quinq; diebus uiginti. Fragilitatis.inſtabilitatis:caducitatis. Circũ
ciſum.contractũ. Longiſſima.ut centum annorũ:nam reſpectu immortalitatis uita hominum quãuis
Piſo longiſſima: tamen breuis eſt. Nero. legimus etiã Neronem. L. Piſo. qui cum Nerone.ii.conſul fuit:
deinde ab eodẽ imperatore uectigalibus publicis cũ Ducenio Geminio: & Pompeio Paulino præpoſi-
Feſtus tus: Veſpaſiano:& Tito.coſſ. Africæ præfectus: eius filius ingenio quietus legatũ habuit Valeriũ Feſtũ
ſumptuoſæ adoleſcentiæ:neq; modica cupientẽ:ſed affinitate Vitellii anxium:qui par imperiũ procon-
ſuli gerens incertum an Piſonem tentaue
rit ad res nouas:an tẽtanti reſtiterit:quo-
niam ſecreto eorum nemo affuit. Claudi-
us Sagitta proſpera nauigatiõe præuenit
Papyrium centurionem miſſum a Mutia
no:aſſeuerauitq; mandata iterficiendi Pi-
ſonis centurioni data:multa præterea ad-
dens: quibus Piſonem ad res nouas moli-
endas impelleret. nihil ad ea moto procõ-
ſule:centurio a mutiano ubi portum Car
thaginis itrauit magna uoce: læta Piſoni
omnia tanquam pricipi continuare:ad ſi-
milia obuios hortari:uulgus credulum in
forum ruere:præſentiam Piſonis expoſce
re:ille indicio Sagittæ: uel inſita modeſtia
domi ſe continens centurionem percon-
tatur:poſtquã quæſitum ſibi crimen:cæ-
demq; comperit:animaduerti in eum iuſ-
ſit nõ tam ſpe uitæ: q̃ ira in percuſſorem:
quod idem Clodium Macrum legatũ in-
terfeciſſet. anxio deinde edicto Carthagi-
nenſibus increpitis intra domum clauſus
ſolita munia haud quanquam obibat. Fe-
ſtus igitur conſternatione uulgi:& ſuppli
cio centurionis audax œnos auxiliares:
& mauros in necem Piſonis miſit:qui do-
mũ pconſulis obſcura luce ingreſſi haud
procul cubiculo ſeruũ:q ſe interrogantibus egregio mendacio Piſonem eẽ reſponderat:obtruncant.nec
multo poſt indicio Bebii Maſſæ Piſo interficitur. hæc Tacitus. Neminem. ſenatorum: nam omnes de-
ceſſerant. Conſul ipſe. cum Nerone ſecundo. Sententiam rogaſſet. conſul enim ſenatui præſidebat:&
ius rogandarum ſententiarum habebat:primum conſules deſignati: deinceps cæteri cenſebant. Tam
anguſtis. ſenſus eſt. tam breui ſpacio tot homines uiuunt:& moriuntur. exclamatio opportuna: qua mo
Viuacitas. uet indignationem:& miſerationem. Viuacitas. uita. Fabius pro cupiditate uiuendi ponit impiam ui-
uacitatem dicens. Apuleius uero pro uigore:& robore uitæ. uirum inquit magnanimũ; magnanimæ ui
Xerxis lachrymæ uacitatis uolentem uolentes accipite. Xerxen illachrymaſſe. Diuus Hieronymus ad Heliodorum: Xer-
xes ille magnus rex potentiſſimuſq;:qui ſubuertit montes:maria conſtrauit: cum de ſublimi loco infini
tam hominum multitudinem:& innumerabilem uidiſſet exercitum: fleuiſſe dicitur: quod poſt centum
annos nullus eorum:quos tunc cernebat ſuperfuturꝰ eſſet. ſed Herodotus libro hiſtoriarum ſeptimo la
tius hoc tractauit. Xerxes inquit cum intueretur omnem heleſpontum nauibus obductum: omnia lit-
tora: atque Abydenorum plana hominibus referta: ſe beatum iactauit: & poſt hæc lachrymas fudit:
quod animaduertens Artabanus eius patruus interrogauit: quam diuerſa rex inter ſe facis: dudum te
beatum eſſe dixeras:nunc lachrymas fundis:& ille reputantem me inquit q̃ breuis eſt omnis humana ui
ta ſubiit horum miſeratio:quorum:cum tot ſint:nemo ad centeſimum annum ſupererit. Tot milibꝰ.
ſeptingenta milia de regno: & trecenta milia de auxiliis armaſſe traditur:ut nõ immerito proditum ſit
flumina ab exercitu eius ſiccata:nauium quoq; decies centena milia numero habuiſſe dicitur: niſi men-
da eſt apud Iuſtinum. Plinius refert Xerxen in Doriſeo centum uiginti milia hominum tantum dinume
raſſe. Obiiſſet. luſtraſſet. Hoc tpis. uita noſtra. Quicqd eſt. quãtulacũq; eſt. Futilis. fluxi:uani ab effun-
dendo:& futile uas quod patulo ore:& acuto fondo in ſacris erat. authores ſunt grammatici. Si non da-
tur factis. niſi diſpenſatur circa præclare geſta. Hoꝝ. factoꝝ. In aliena manu. in facultate alioꝝ:non no-
ſtra. q.d. materia bene gerendaꝝ reꝝ eſt in manu imperatoris:ac eoꝝ: qui pſunt exercitibus: nos: quod
unum poſſumus:æternitatem ſtudiis comparemus:nam & qui fecere: & qui facta alioꝝ ſcripſere multi
laudant̃. Proferamus. extendamus uiuendo poſt mortẽ. Aliqd. aliqd opus mẽoratu dignũ. Stimulis icita

tionibus:exhortationibus. Euocat.ipellit. Currenté.pronum ad ſtudia.perſtat in uerborũ metaphora. Me.iſtigare.αγαθηλεριϲ.ſumptũ ab Heſiodi georgicis:qbus ſcribit.αγαθηλεριϲ ηλεβροτοιϲι .i.bona aũt cõtẽtio hæc mortalib9:hic.n.poeta duas facit cõtentões iter mortales:quaꝝ altera é laudãda:cũ inuicé certãus honoris:& uirtutis cã:altera pniciosa: cũ maloꝝ grã cõtẽdius. FAcis.Suetonius Tranquillus per Secũdũ impetrauerat ſibi a Neratio Marcello tribunatũ miliũ:deinde rogauerat:ut in Cæſeniũ Syluanum transferretur: ꝙ conſilium ſumme probat Secundus:& policetur ſe facturuꝫ.

tui caritas euocat:ut currenté quoq iſtigé: ſicut tu ſoles me αγαθηλεριϲ:cũ iuicé ſe mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuunt. Vale.

C.Plinius Trãquillo.S.

FAcis pro cætera reuerentia:quã mihi pſtas: ꝙ tam ſolicite petis: ut tribũatum: quem a Neratio Marcello clariſſimo uiro impetraui tibi:in Cæſennium Syluanũ propinquũ tuum transferam: mihi autem ſicut iucũdiſſimum ipſum te tribunum:ita nõ minus gratũ alium per te uidere:neqꝫ.n. eſſe congruens arbitror:quem augere honoribus cupias: huic pietatis titulos inuidere qui ſunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiã quã ſit egregium: & mereri beneficia: & dare: utrãqꝫ te laudé ſimul aſſecuturꝰ:ſi quod ipſe meruiſti:alii tribuas: pterea itelligo mihi quoqꝫ gloriæ fore:ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotũ amicos meos: nõ gerere tãtum tribunatũ poſſe:uerumetiã dare. quare ego uero honeſtiſſime uoluntati tuæ pareo: neqꝫ eni adhuc nomen in numeros relatũ eſt. ideoqꝫ liberũ é nobis Syluanũ i locũ tuũ ſubdeř:cui cupio tam gratum eſſe munus tuũ:q̃ tibi meũ. Vale.

C.Plinius Cornelio Minutiano.S.

POſſum iam pſcribere tibi q̃tum in repu. puiciȩ Bethycȩ cã laboris exhauſerim: nã fuit multiplex: acta eſt ſæpe cum ma

Pro cætera reuerentia.inter reuerentiam:quã mihi præſtas in cæteris rebus hoc quoqꝫ reuerenter facis. Tribunatum. militarem. Aſconius duo genera facit eoꝝ qui Rufuli dicuntur:uł ſecundũ alios Rutuli: qa Rutulus Rufus legem primo tulit de iure tribunorum ab exercitu creandorum: alii ſunt comitiati: qui comitioruꝫ cauſa deſignantur. Vegetius maiorem tribunũ militũ tradidit per epiſtolam ſacram: imperatoris iudicio deſtinari: minoreꝫ tribunum prouẽire ex labore: & cũ una quæqꝫ legio deceꝫ cohortes haberet:primæ:quæ miliaria uocabatur: ꝑerat tribunus armorum ſcientia:uirtute corporis:morum honeſtate ꝑcipuus: reliquæ cohortes pro ut principi placuiſſet a tribunis: uel a ꝑpoſitis regebantur. Aelianus cohorti quingẽtariæ:quam hominum quingenti duodecim componunt tribunum minorem: & miliariæ quam hominũ mile uiginti quattuor tribunum maiorem præficit. tribunum uocatum a tribu ſcribunt: præeſt.n. militibus:quos ex tribu primus Romulus legit:uel a tribuẽdo iure:lege Marcelluꝫ de re militari quod tribuni officium eét.

Tribunus militaris

Clariſſimo uiro. Priſcus Neratius Marcellus iprimis Traiano cariſſimus: & ſummus iuriſconſultus.de quo non multo ante. Tibi.pro te. Cæſenium Syluanum. Syluinum rhetorem ab Heliogaballo Lãpridius tradit interfectum: & Cæſonium a Seuero Spartianus: ſi tamen alter horuꝫ fuit:ueriſimilius é potuiſſe ad Seueri tempora:q̃ Heliogaballi puenire. Titulos.laudes. Pietatis.amoris in propinquuꝫ.In numeros relatum.tuum nomen nondum relatum eſt in ordinem tribunorum:erat enim adhuc integrum alium ſubrogare:ſecus ſi fuiſſet aſcriptuꝫ numero cæterorum.dicimus milites nondum relatos in numero cum delecti quidem ſunt.nondum tamen in ſuos ordines peruenere:quod iuriſconſultus plærunque teſtatur:ut Vlpianus de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militari.ſi quis inquit militum ex alio numero tranſlatus ſit i alium quemuis: & hinc exemptus ſit:& illo nondum peruenerit:tamen poterit iure militari teſtari: eſt enim miles quamuis in numeris non ſit.ſed nomen ipſius tantum.

Cæſenius Syluanus

POſſum.Cor.Minutiano Macrino ſingulos actus accuſationis Claſſici per epiſtolam narrat:& qué euentum actio ſortita:quotqꝫ labores perpeſſus ſit:quanuis.L. Albinum in dicẽdo copioſum ſociũ haberet:aſſeuerenter conrẽderé hunc eſſe Minucianũ:qué ſupra rogauerat:an approbaret ſuſceptã Claſſici accuſationé:& octauo libro huius actionis orationé mittit. Minutian9 Perſcribere.totã ré litteris ſignificare.in rep.duplex lectio circũferť ſi placet in rep.ſic ordinandum: quantũ laboris ſuſtinuerim in rep.to.reſpectu puinciæ Bethycæ:ſi uero legeris in publica puinciæ Bethycæ cauſa:clarior eſt ſenſus.Exhauſerim:ſuſtinuerim.Multiplex.quia multi criminum participes accuſat ſunt.

Varietate.alii.n.abſoluti:alii reoꝝ damnati. Vnde.ex quibus cauſis euenit tanta uarietas. Fœdus. auarus. In ea.prouincia Bethyca. Violenter.crudeliter. Sordide.auare. Dictum.ſcomma : adagiuʒ.

Vēuſtus

Venuſtos.qui cū gratia quadam:& uenere loquūtur ii uenuſti appellantur.Fabius author.imitatus eſt Secundus.M. Tullium:qui ſexta in Verrē actione inquit nunquā tantū malum eſt ſiculis : quin aliquid facete:& commode dicant:uelut in hac re aiebant in labores Herculis nec minus hunc imaniſſimū Verrem:q̄ illum aprū Erymanthium referre oportere. Non illepidū.non inſulſum:urbanum:cum lepore.

gna uarietate.Vnde uarietas?unde plures actiones?Cæcilius Claſſicus hō fœdus: & aperte malus proconſulatū in ea:nō minus uiolenter: q̄ ſordide geſſerat eodē anno:quo in Aphrica Marius Priſcus.Erat autem Priſcus ex Bethyca : ex Africa Claſſicus:inde dictum Bethycoꝝ: ut plærūq; dolor etiā uenuſtos facit:nō illepidū ferebatur: dedi malum : & accepi . Sed Marium una ciuitas publice: multiq; priuatim reū peregerunt.in Claſſicū tota prouincia incubuit:ille accuſationē:uel fortuita:uel uolūtaria morte p̄uertit. Nā fuit mors eius infamis:ambigua tñ:ut.n.credibile uidebat̃ uoluiſſe exire de uita : cū defendi non poſſet:ita(miꝝ) pudorē dānationis morte fugiſſe:quē non puduiſſet damnanda cōmittere: nihilominus Bethyca etiā in defuncti accuſatione p̄ſtabat:ꝓuiſum hoc legibus: ītermiſſū tñ: & poſt longā intercapedinē tunc reductū . Addiderunt Bethyci quot ſimꝰ ſocios: miniſtroſq; Claſſici detulerunt: nominatiq; in eos inquiſitionē poſtularunt.aderā Bethycis: mecumq;.L. Albinus uir ī dicendo copioſus:ornatus:quem ego:cum olim mutuo diligerē: ex hac officii ſocietate amare ardentius cœpi:habet quidem gloria: in ſtudiis p̄ſertim: quiddā ἀκοινώνητον nobis tamē nullū certamē : nulla contentio : cum uterque pari iugo: non pro ſe:ſed pro cauſa niteretur: cuius: & magnitudo:& utilitas uiſa ē poſtulare:ne tm̄ oneris ſinglis actōibus ſubireus. Verebāur:ne nos dies:

Dedi malum. Marium priſcum malum uirum Africæ proconſulem miſi. Accepi. Claſſicum Afrum proconſulem in Bethyca habuimus.

Reū pagere

Reum peregerunt.condēnari fecerunt: ſic interpretatur Vlpianus: nam peregiſſe reum nō aliter quis uidet̃: niſi condemnauerit. Prouincia Bethyca. Incubuit.fecit impreſſionem:accuſationem intendit. Præuertit.declinauit:ſubterfugit. Infamis. turpis. Ambigua.an uoluntaria an fortuita. (Mirum) eſt hominem fœdum:& ſordidum. Damnanda.atrocia ſcelera animaduerſione digna. Prouiſum hoc legibus. cauent leges ut mortuos liceat accuſare.Sceuola ad legeʒ Iuliam repetundarum : datur ex hac lege: & in hæredes actio intra annum dumtaxat a morte eius:qui arguebatur.Marcellus ad ſenatuſconſultum Turpillianum. morte rei iudicium ſoluit̃ : niſi tale crimē fuerit : cuius accuſatio aduerſus hæredes durat:ueluti maieſtatis: idem in accuſatōne repetundaruʒ eſt: quia hæc quoq; morte non ſoluitur Modeſtinus de accuſationibus: & inſcriptionibus ex iudiciorū publicorum admiſſis.non alias tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ bonorum ademptionis:q̄ ſi lis conteſtata:& cōdemnatio fuerit ſecuta excepto repetundarum : & maieſtatis iudicio:quæ etiam mortuis reis cū quibus nihil actum eſt adhuc:exerceri placuit : ut bona eorum fiſco uendieentur: adeo ut diui Seuerus:& Antoninus reſcripſerint : ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit: nihil ex bonis ſuis alienare:aut manumittere eum poſſe. Martianus de publicis iudiciis : defuncto eo qui reus fuit criminis pœna corporalis extincta eſt. In quacunq; cauſa criminis extīcti debet is cognoſcere:cuius de pecuniaria re eſt cognitio.Intermiſſum.p aliqđ tp̄s leges iſtæ ſiluere:nā per longā deſuetudinē tacito oīum conſenſu illas abrogari receptū eſt.ſed ſenatus:& abrogatas reducer̃: & nouas inducere poteſt.

Intercapedo

Intercapedinē.temporis ſpacium:& loci plærunq;:ut apud Ciceronē. Feſtus ait eſſe tempus interceptū:ille uocabulū obſcænū eſſe uoluit in ep̄lis ad Pætū: & pariter Fabius: contrariū eius diuiſionem eſſe dicentes:ſicut illa coniunctio alias appellari poſſēt:eſt autem intercapedo interſtitium:& ſpaciū inter anum & uuluam:quod.ſ.duo foramina intercapiat:& ſepiat.īde tranſlatiue pro ſpacio ad alia tranſfertur.Addiderunt.accuſationi. Socios.conſcios:& ſceleꝝ participes.Detulere. reos facere.Inquiſitionē.cognitionē criminū:q̄ ſolet fieri ſi p̄ceſſerint indicia. Aderā.aduocatus erā.

Lucius Albinus

Lucius Albinus.quo ſocio ēt uſus eſt in cā Iulii Baſſi.& Ioſephꝰ tradit añ Hieroſolymaꝝ captiuitatē illic Albinū iudicem ro.fuiſſe.Dion in Traiano meminit Luciū fuiſſe p̄fectū aduerſus Dacos: & cōtra Parthos multa memorāda geſſiſſe.Officii.aduocationis.ἀκοινώνητον in cōicabile.nā Qui uelit īgenio cædere:rarꝰ erit.Iugo.labore:cōcordia.Pro ſe.p gloria ꝓpria.Pro cā.ad utilitatē Bethycoꝝ. Poſtulare exigere.Tantū oneris.ſi oēs reos ſimul cōplexi fuiſſemus.Siugulis actōibus.nā plures actiones in una cā habebant̃:q̄

Confluant. undiq; conueniant. Fonte. primodio negocii. Foret. eſſet futurum.

Admiratione ingenii tui. fuit. n. Tacitus uir admirabili ingenio: ut quidam eius dicendi genus ſupra cæteros ſcriptores extollant. Circumſpicias. deligas. Solicitare. ex ſuo loco mouere: quaſi ex ſolo citare. Obſtringam. obligem. Libera. intacta. iudicio meorum municipum. Curam. quærendi præceptorem. Impendiũ. tertiam ſtipendii partem. Illuc. Comum. Hinc. a me. Fiduciam. doctrinæ ſuæ.

ẽſt ergo collata pecunia cõducere præceptores: qđque nũc in habitationes: in uiatica: in ea: quę peregre emunt̃ (oia aũt peregre emuntur) impẽditis: adiicere mercedibus. Atq; adeo ego: qui nõdum liberos habeo paratus ſum ꝓ republica noſtra: quaſi pro filia: uel parente tertiã partẽ eius: quod conferre uobis placebit; dare. Totum etiã pollicerer: niſi timerem: ne hoc munus meũ quãdoq; ambitu corrumperetur: ut accidere multis in locis uideo: in quibus pręceptores publice cõducunt̃. huic uitio occurri uno remedio poteſt: ſi parentibus ſolis ius conducendi relinquat̃: iiſdemq; religio recte iudicandi neceſſitate collatõnis addat̃: nã qui fortaſſe de alieno negligentes: certe de ſuo diligentes erunt: dabuntq; operã: ne eam a me pecuniã non niſi dignus accipiat: ſi accepturus & ab his erit. Proinde cõſentite: cõſpirate: maioreq; aĩum ex meo ſumite: qui cupio eẽ q̃ plurimũ: qđ debeã conferre. nihil honeſtius p̃ſtare liberis ueſtris: nihil gratius p̃riæ poteſtis. Edoceant̃ hic: qui hic naſcunt̃: ſtatiq; ab ĩfantia natale ſolũ amare: frequẽtare cõſueſcãt: atq; utinã tã claros p̃ceptores ĩducatis: ut a finitimis oppidis ſtudia hic petant̃: utq; nũc liberi ueſtri aliena ĩ loca: ita mox alieni ĩ hũc locũ cõfluãt. Hæc putaui altius: & q̃ſi a fonte repetẽda: quo magis ſcires: q̃ gratũ mihi foret: ſi ſuſcepis: qđ iniungo. Iniungo aũt: & ꝓ rei magnitudine rogo: ut ex copia ſtudioſoꝶ: quæ ad te ex admiratione ingenii tui cõuenit: circũſpicias p̃ceptores: quos ſolicitare poſſimus: ſub ea tñ conditione: ne cui fidem meã obſtringã: omnia. n. libera patẽtibus ſeruo: illi iudicent: illi eligant: ego mihi curã tm̃: & impendiũ uendico. Proĩde ſi quis fuerit repertus: qui ĩgenio ſuo fidat: eat illuc ea lege: ut hinc nihil aliud certum: q̃ fiduciam ſuam ferat. Vale.

C. Plinius Paterno. S.

TV fortaſſe orõnẽ: ut ſoles: & flagitas: & expectas. At ego quaſi ex aliq̃ ꝑegrina: delicataq; merce luſus meos tibi prodo. Accipies cũ hac ep̃la hẽdecaſyllabos nr̃os: qbus

TV fortaſſe. Excuſat laſciuiam hendecaſyllaborum ſuoꝶ apđ Paternum: & carminis genere: & exemplo antiquorum: deinde liberum facit ei imponendi ſuis uerſiculis quod nomen libuerit: rogatq; ut quicqđ ĩ illis diſplicuerit ſe uellet admõere. Orationẽ. aliquã ex meis. Peregrina. externa: ꝑcioſa: & cara. Luſus. epigrãmata iocos cõplexa: ſic idẽ libro ſeptimo appellat: & Mart. ſæpius: iocoſq; uocat. Prodo. edo. publico. Hendecaſyllabos. undecim ſyllabarum menſuram continentes: quibus admodum claruit Catullus: & Valerius Mart. & Statius in ſyl. Auſonius tria hendecaſyllaboꝶ genera enũerat. alibi Secundus teſtat̃ emiſiſſe libruʒ hendecaſyllaborum decantatũ non mõ a noſtris. ſed etiã a græcis. Oblectamus ocium. uel oblectamur ocio. utraq; lectio conuenit. oblectamus ergo ocium temporis. i. tempus ocioſum & uacuum a

rebus ſeriis:deducimus in uoluptate ſcribendo iocoſa.oblecto.n.trahitur a lacto lactas : quod eſt aĩos ĩ
aliquam uoluptatem inducere:in quam ſignificationem interdum Terentius uſurpauit:quare non pla-
cet ſententia Feſti:qui a uerbo lacit deductum autumat. niſi reſpexerit: quod lactat frequentatiuū tra-
ctum ſit a uerbo lacit olim in uſu:a quo allicit:pellicit:illicit. Iocamur.& quæ ſequunt̃ monſtrant quā
Hendeca materiam habeant hendecaſyllabi. nam in iocis:luſibus:amore: dolore:querimonia:ira uerſantur.ioca
ſyllaboꝝ ri autem refertur ad res ueriſimiles:quæ riſum prudentem:& liberalem excitant: nam iocum accipimus
materia quod eſt contrariū ſerio:fingere.n.ac ter-
rere:& ꝑmittere interdum iocus eſt. Preſ-
ſius.humiliori ſtilo. Elatius.grandiori.
Varietate.uario dicendi genere: & materi
arum:nam ſicut uerborum uarietas:ita re
rum pulchra eſt:& quemadmodum ĩ ora-
tionibus uariare figurā cōmendatur: ſic ĩ
epigrammate diuerſitas ſtili & argumenti
plurimum appetit̃. Alia.quædam epigrā
mata. Aliis.aliquibus. Petulantiora.la-
Pætus ſciuiora nā pætum laſciuum dicunt a pe-
Petulans tendo: a quo petulans & petulcus. Erit
Petulcus eruditionis tuæ.cōueniet tuæ excultæ do
ctrinæ. Viros: quoqꝫ plurimos Secund⁹
libro.v. ad Ariſtonem: & Apuleius prima
apologia commemorant:& Mart.in præ-
fatione.viii.aſſerit epigrammata a ſeueriſ
ſimis & ſupremæ fortūæ uiris ita ſcripta:
ut nimiam uerborum licentiaꝫ: affectaſſe
uideantur. A laſciuia rerū.a laſciua ma-
teria. Nudis. turpibus: propriis: ſine cir-
cumlocutione:quæ latina uocat idem epi
grammatarius: & laſciuam uerborum li-
centiam interpretatur linguam epigram-
matωn. Refugimus. uitamus. Vnde
enim?qua ratione fieri poteſt ut ſim⁹ gra-
uiſſimis illis uiris ſeueriores? Alioquin.
inſuper. Huius opuſculi. hendecaſylla-
borum. Catullus expreſſit. carmen ex li-
bro primo Catulli ad Aurelium & Furi-
um.Pædicabo ego uos & irrumabo Aure
li pathice: & cinæde Furi:Qui me ex uer-
ſiculis meis putaſtis:Quod ſint molliculi:
parum pudicum. Nam caſtuꝫ: & quæ ſe
quuntur. in quam ſententiam multos ire
totis pedibus cerno: nam Ouidius ſecun-
do de triſtibus:inquit Crede mihi diſtant
mores a carmĩe noſtro. Vita uerecunda eſt: muſa iocoſa mea eſt: & diuus Adrianus Voconii poetæ tu
mulum hoc carmine incidendum iuſſit. Laſciuus uerſu: mente pudicus erat. & Martialis laſciua eſt no
bis pagina:uita proba.quem uerſum Apuleius tanquam Secūdi recognoſcit his uerbis:nec fortaſſe mo-
res meos ſpectent de carmine. Laſciua eſt nobis pagina: uita proba ut Plinius dicit.meminerint quip-
pe eruditi. probariſſimo uiro Plinio in poematis laſciuiam : in moribus conſtitiſſe cenſuram : ſciamus
tamen ueriſimilius eſſe ſecundum hoc carmen mutuatum a Martiale:cuius ſcripta prius edita fuerant:
q̃ Secundi. Verſiculos. eſſe caſtos: Salem. urbanitatem. Leporem. gratiam. Molliculi. laſciui.
idem Martia.ad cornelium ſcribit. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis: Nec poſſunt niſi pruriant iuua
re. Omnia. mea carmina tam bona q̃ mala. Electa. digniora. ſicut alibi refert quoſdam ſolitos tā
tum electa recitare: ut placeant: non ut emendent. Commodiſſima. optima. Videri . eſſe optima.
Paria. omnia optima: & ſimili figura deſcripta. quare liber diſtinguendus eſt & uarietate rerum & ſti
li: ad quod reſpexiſſe uidetur Martialis illo diſticho Sunt bona ſunt quædam mediocria:ſunt mala plu
ra Quæ legis : hic aliter non fit Auite liber. Diuerſa epigrammata diuerſam complexa materiam :
nam alia materia ſtilum grandiorem : uel acutiorem : alia humiliorem : uel ſimpliciorem expetit.
Alio. reſpectu alius epigrammatis melioris. Præfatione. prælocutione. Ineptias.luſus meos. Titu

nos ĩ uehiculo:in balineo:ĩtra cœnā oblectāus
ocium tēporis:his iocamur: ludimus:amamus:
dolemus:querimur: iraſcimur. deſcribimus ali-
quid:mō preſſius:modo elatius: atqꝫ ipſa uarie-
tate tentamus efficere:ut alia aliis:quædā fortaſ
ſe omnibus placeāt: ex quibus tñ: ſi nonnulla ti
bi petulantiora paulo uidebuntur : erit eruditio
nis tuæ cogitare:ſummos illos:& grauiſſimos ui
ros:qui talia ſcripſerunt: non mō a laſciuia reꝝ:
ſed ne uerbis quidem nudis abſtinuiſſe: quæ nos
refugimus:non quia ſeueriores (unde enim) ſed
quia timidiores ſumus. Scimus alioquin huius
opuſculi illam eſſe ueriſſimam legem:quam
Catullus expreſſit.

Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum:uerſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tum deniqꝫ habent ſalem:& leporem:
Si ſunt molliculi:& parum pudicum

Ego quanti faciā iudicium tuum:uel ex hoc po-
tes exiſtimare: quod malui a te omnia penſitari:
q̃ electa laudari:& ſane quę ſunt cōmodiſſima:de
ſinunt uideri:cum paria eſſe cœperunt. præterea
ſapiens: ſubtiliſqꝫ lector non debet diuerſis con-
ferre diuerſa:ſed ſingula expendere: nec deterius
id alio putare:quod eſt in ſuo genere perfectum:
Sed quid ego plura?nam longa præfatione : uel
excuſare:uel cōmendare ineptias: ineptiſſimū ē.
Vnū illud ꝑdicendū uidet̃: cogitar̃ me has meas

lus.inſcriptio. Conſtringitur.colligitur.legitur etiam coſcribitur. Edullia.ſiue idyllia: nam commode græca dictio ειδυλλια utroq; uerſus traſſerri ad nos poteſt:quæ lectio melior ẽ q̃ elegidia:q̃q̃ id ſignificet paruas elegias:ueꝝ Secũdi carmẽ nõ erat elegũ:& lugubre:ſed iocoſum hẽdecaſyllabũ.ειδυλλια aũt parua poemata ſic Catullus ſuũ exametꝝ:ſic prius Theocritus ſuas eclogas:ꝓinde ſtati ſubdit ſiue placet uocare. Eclogas.inſtar Virgiliãæ bucolicæ tanq̃ delectũ aliqđ. Poemata.ptes opis. Præſto.iſcribo. Simplicitate.ſynceritate. Aliis.cũ qbus liberius loquimur de alieno opere: q̃ cũ authore.

nugas ita iſcribere hẽdecaſyllabos:q titulus ſola metri lege cõſtringit̃.Proide ſiue epigrãmata:ſiue idyllia:ſiue eclogas:ſiue(ut multi)poemata: ſeu qđ aliud uocare uolueris:licebit uoces. Ego tm̃ hẽdecaſyllabos ꝓſto a ſimplicitate tua peto: qđ de libello meo dicturus es aliis: mihi dicas. neq; ẽ difficile qđ poſtulo:nã:ſi hoc opuſculum noſtrũ:aut potiſſimũ eſſet:aut ſolũ:fortaſſe poſſe duꝝ uideri diceres.quære quid agas:molle:& humanum eſt.habes quod agas. Vale.

C.Plinius Fundano.S.

SI quid oino: hoc certe iudicio facio: ꝙ Aſiniũ Rufum ſingulariter amo. eſt hõ eximius: & bonorũ amantiſſimus. cur .n.nõ me quoq; inter bonos numerem? Idẽ Corneliũ Tacitum(ſcis quem uirum)arcta familiaritate cõplexus eſt.Proinde ſi utrunq; noſtrũ ꝓbas: de Rufo quoq; neceſſe eſt : ut idem ſentias: cum ſit ad connectendas amicicias: uel tenaciſſimum uinculũ morũ ſimilitudo:Sũt ei liberi plures:nã i hoc quoq; fũctus ẽ optimi ciuis officio: qđ de fœcunditate uxoris large frui uoluit eo ſęculo:quo plæriſq; ẽt ſingulos filios orbitatis ꝓmia graues faciũt.qbus ille deſpectis aui quoq; nom̃ aſſũpſit.ẽ.n.au⁹: & qdẽ ex Saturio Firmo:

Potiſſimum.alioꝝ meoꝝ optimum. Solum.ꝙ nullum aliud edidiſſem: nam plura iam publicauerat in facultate dicendi. Fortaſſe.ſume extrinſecus iure:uel merito. Durum ruſticũ.impolitum.nam cuꝫ diffideret Secũdus facere unũ aliqđ opus excellens : pluribus ſe experiebat̃: quare .viii.dicet cũ hoc:uel illud leges:ita ſingulis ueniam:ut non ſingulis dabis. Quære uide. Quid agas. iocando monet qd iudicandũ ſit. Molle:& humanum.reſpexit ad genus carminis:ꝙ laſciuũ:& urbanum eſt. Quod agas.quomodo iudices.

SI quid. Fundano in proximum annum conſulatum ominatur quare petit:ut ſuffragio:& teſtimonio ſuo Aſinium. Baſſum quæſitorem ſibi aſſumat. quem more ſuo in cæteris commendationibus obſeruato laudat a parentibus:& animi bonis. Facio.adiũctio color. Eximius.elect⁹: egregius. Me.qa mei ẽ amantiſſimus. Quẽ: grauiſſimũ:eloquentiſſimum: deniq; omni uirtute abſolutiſſimũ. Idem. ꝙ nos.i. optime. Similitudo morum. ſnia a multis celebrata.nam traditur a.M. Tullio in Lellio morum ſimilitudinem eẽ tenaciſſimũ uinculum ad amiciciam:quã rem idẽ orator pluribus libello de amicicia complexus eſt:nihil inquit:quod ad ſe rem ullam tã alliciat:& tã attrahat:q̃ ad aĩciciaꝫ ſimilitudo.conceditur profecto eſſe ueꝝ: ut bonos boni diligant: aſiſcantq; ſibi q̃ſi propinquitate coniunctos: atque natura: Moꝝ ſimilitudo

Philoſtratus libro.vi.ſimilia ſimiles amãt. Apuleius libro de philoſophia æqualitas non aliter prouenit niſi ſimilitudo in utroque amico parilitate: charitateque conueniat: pares enim paribus inſolubili nexu iunguntur. unde Iſocrates ad Demonicum bonorum amicicias nullum ſæculum poteſt abolere. tantam uim habet ſimilitudo morum:ut etiam peſſimi facile conueniant: Nam Othonem: qui poſtea imperauit docet Tranquillus apud Neronem inter amicos congruentia morum ſummum locum obtinuiſſe: & Cor. Nepos in epitomate rerum romanorum. feroces inquit ſimilitudo morum coniunxit: ſic ex moribus contrariis naſcitur odium authore Philoſtrato in uita Aeſchinis. In hoc. in hac re.

Frui large de fœcunditate uxoris. ſuſcipere multos filios. Eo. noſtro. Quo plæriſque. ordo eſt. quo præmia orbitatis faciunt etiam ſingulos filios quod ſi eximes de: latinitas melius procedet. graues plæriſque.præmia ergo orbitatis ideſt munera: quæ mittebantur orbis: adeo creuerat auaritia : ut patri unicus filius uideretur moleſtus: quia ſcilicet per eum priuabatur muneribus: quæ dabantur orbis a captatoribus : quod Iuuenalis notat. Tollere dulcem Cogitat hæredem cariturus turture magno: Mullorumque iubis: & captatore macello legimus apud Tranquil. Tiberium Cæſarem Lepidam fœminam generoſiſſimã condemnaſſe in gratiam Quirini conſularis prædiuitis: & orbi: & Marcellinus ſcribit orbos:& cælibes a captatoribus cultos:&.vi.Mart.hortatur patres ad uitam contra quorundaꝫ nimiam perſimoniã.Cecuba non ſolos uindemia nutriat orbos:Poſſunt: & patres uiuere crede mihi. at in panagyrico refert Secundus in cãm fuiſſe ſæuitiã pricipũ ne ciues oblectarent̃ ꝓle. Quibus. ꝓmiis. Orbi donati.

Aſſumpſit nomen aui.factus eſt auus ſuſcepto per filiũ nepote. Ex Saturio Firmo:opa Saturii Firmi

filii ſui.Propius.penitus: familiarius. Inſpexeris.cognoueris. a præcedēti tractu3.

Ominamur.nam omen plærūq; fit cauſa uictoriæ. ſicut Locrenſibus petentibus auxiliū a Lacedæmoniis aduerſum Crotoniatas. Pricipis. Traiani:qui dignis honores: & dignitates diſtribuit. Concurrit.accedit. Abſente. Baſſo tibi incognito. Ferax ſæculum bonis artibus.copia3 bonorum: qui præſtarent circa bonas artes. Hunc uero. diminutio exornatio.

More maiorū. qui dignos adoptabant: nam a filio.P. Scipionis Aphricanum minorem adoptatu3 fuiſſe legimus. Vt tu. ſapiens debes. Liberos. quæſtores: qui ſunt conſulibus uice liberorum. Decorum.legitur etiam decorus ideſt ornamēto. Patre prætorio. genitus. Quibus. propinquis. Inuicem.ſicut illi conſulates ſunt ei ornamento:ſic ipſe illis. Feſtinare.ante tempus petere. Præcurrit.præoccupat tempus. Votis.deſiderio. Occupantibus.præuenientibus. Quæ legitimum.ſi expectaſſet Secūdus ꝙ conſul creatus fuiſſet Fundanius: ꝙ erat tempus legitimum petendi quæſturam: in periculo erat:ne iā præoccupanti dediſſet. Quodga. Præſumptio. diuinatio. uotū. Illū. Baſſum. Cuiuſcunq;. conſulis. Quemcunq;. quicunq; ēet ſiue Baſſus ſiue alius. Adiuturi.reſpectu tui. Si ratio tui conſulatus. quia conſul futurus es: & potes ipſum eligere quæſtorem. Meæ. erga te.

Studium noſtrum. fauorem: quem nos enixe poſtulamus. Eundem. Baſſum.

Suffragio.auxilio.

quem diliges ut ego: ſi ut ego propius īſpexeris:
hæc eo pertinent:ut ſcias quam copioſam:quam
numeroſam domu3 uno bñficio ſis obligatutus.
ad quod petendum uoto primum: deinde bono
quodam omīe adducimur.optamus.n.tibi:ominamurq; in proximum:conſulatū.ita nos uirtuti
tuæ iudicia principis augurari uolunt.Concurrit aūt ut ſit eodem anno quæſtor maximus ex liberis Rufi Aſinius Baſſus iuuenis;(neſcio an dicam qđ me pater:& ſentire:& dicere cupit: adoleſcentis uerecundia uetat)ipſo patre melior.
Difficile eſt mihi:ut de abſente credas(quanquā
credere ſoles omnia)tantum in illo induſtriæ pbitatis:eruditionis:ingenii:ſtudii:mēorię deniq;
eſſe:quantum expertus inuenies. Vellem tam ferax ſæculū bonis artibus haberemus: ut aliquos
Baſſo præferre deberes.Tum ego te primus hortarer:moneréq; circūferres oculos: ac diu penſitares:quem potiſſimum eligeres.Hūc uero(ſed
nihil uolo de amico meo arrogātius dicere) hoc
ſolum dico: dignum eſſe iuuenem: quem more
maiorum in filii locū aſſumas.Debent aūt ſapiētes uiri:ut tu:tales a rep.liberos accipeř: quales
a natura ſolemus optare: decoꝝ erit tibi conſuli
quæſtor patre prætorio: propinquis conſularibus:quibus iudicio ipſoꝝ:quanquā adoleſcentu
lus adhuc:iam tñ inuicē ornamento eſt: proinde
indulge ꝑcibus meis:obſequere conſilio: & ante
oīa:ſi feſtinare uideor:ignoſce:primū quia uotis
ſuis amor plærūq; ꝑcurrit:deinde ꝙ in ea ciuitate:in qua oīa quaſi ab occupantibus agunť:quæ
legitimū tempus expectant non matura: ſed ſera
ſunt:deīde qđ reꝝ:quas aſſequi cupias p̄ſumptio
ipſa iucunda eſt.Reuereať iam te Baſſus ut cōſulē:tu dilige illū ut quæſtorē.Nos deniq; utriuſq;
ueſtrū amantiſſimi lætitia duplici pfruāur & .n.
cū ſic te:ſic Baſſum diligāus:ut & illū cuiuſcūq;:
& tuū quécunq; quæſtoré ī petendis honoribus
omni ope:labore:gratia ſimus adiuturi: perquā
iucundū nobis erit:ſi ī eundē ſtudiū noſtrum: &
amiciciæ meæ: & conſulatus tui ratio cōtulerit.
ſi deniq; ꝑcibus meis tu potiſſimū adiutor acceſſeris:cuius:& ſenatus ſuffragio libentiſſime idulgeat:& teſtimonio plurium credat.

C.Plinius Valerio Paulino.S.

Gaude.Hortať Valeriũ Paulinũ ad ſtudiũ cũ ſit adhuc litteris honor: nã cũ eſſet acturus tãta auditoꝝ corona tribunal circũdatũ erat:ut ꝑ ipſos iudices uix acceſſerit: & audit⁹ ſit maxio aſſenſu. Gaude.legiť ẽt gaudeo. Noie.cã. Studiis.eloquẽtiæ. Proxie.nuprime. Dictur⁹. cãm acturus. Nõ fuit.nõ patuit. Adeũdi.ad dicendũ. Tribunali.iudicũ ſede. Stipatiõe. frequẽtia auditoꝝ:denſa corona. Ad hoc.inſup. Adoleſcens q pñs actioni meæ fuerat:q̃uis ſciſſis tunicis:& ſola uelatus tunica tñ aſtitit.vii.horis:ut me audiret. Tunicis.ro.ptio ſine tunicis ſola toga amicti fuerunt:deide ſubſtrictas:& breues tunicas citra humerũ definentes hẽbant ſine manicis.ꝙ genus græci ἐξωμίδας appellabant.quare:P. Africanus.P. Sulpitio Gallo obiectauit:ꝙ uteret tunicis manus totas operientibus:& apud Virg. Itali exꝓbant troianis manicatas tunicas:& Marcellus ex authoritate Titinii tunicã dixit eſſe ueſtimetũ ſine manicis.ubi manicatas tunicas teſtimonio multoꝝ notat.Apule. ſcdo floridoꝝ tenuiſſimo textu tunicã iterulã refert.& Mart.in diſtichis magno fuiſſe precio.Det tunicã diues. muliebreꝫ & uirilẽ fuiſſe ueſtẽ Varro i libris analogiæ declarat.tunicam moleſtã Mart. lib.x. accipit pro ignito thorace. antiqui inſup tunicam nominarunt uelamentũ illud neruoſum: ꝙ ſuperiduciť ulceribus ſubiecto iam uetuſtiore pure. Frequentia.multitudine uiroꝝ. Fructu. uictoria de aduerſariis. Prætendamus. excuſemus. Alienã. ꝙ non ſint auditores: & laudatores. Legant.ſcripta. Auribus.auditu. Chartis.memoria. Elaboremus.excudamus.

Tunica

Gaudeo meo:gaudeo tuo: gaudeo etiam publico nomie:adhuc honor ſtudiis durat. Proxime cum dicturus apud centũ uiros eſſem adeundi mihi locus: niſi a tribunali: niſi ꝑ ipſos iudices nõ fuit: tãta ſtipatione cętera tenebanť. ad hoc quidã ornatus adoleſcens ſciſſis tunicis:ut i frequentia ſolet fieri: ſola uelatus toga ꝑſtitit:& quidẽ horis.vii. nã tã diu dixi magno cũ labore: maioř cũ fructu. Studeãus ergo: nec deſidiæ nr̃æ ꝑ̄tendãus alienã. ſunt q audiãt: ſunt q legant.nos mõ dignũ aliqd auribus:dignũ chartis elaborẽus. Vale.

C.Plinius Gallo.S.

Et admones:& rogas: ut ſuſcipiã abſentis cauſam Coręlię contra.C.Cæcilium conſulẽ deſignatũ. Quod admones gratias ago:ꝙ rogas queror.admoneri.n.debeo: nõ rogari:ut faciã:quod mihi non facere turpiſſimũ eſt.an ego tueri Coræli filiam dubitem? Eſt mihi quidem cum iſto contra quẽ me aduocas non planę familiaritas: ſed tñ amicicia. accedit huc dignitas hoĩs:ad hoc ipſe:cui deſtinatus eſt: honor: cuius nobis hoc maior habenda reuerentia ẽ:ꝙ iã illo functi ſumus.naturale eſt.n.ut ea:quę qs adeptus ẽ:ipſa q̃ ampliſſima exiſtiari uelit.ſed mihi cogitãti affutuꝝ me. Corẹli filię oia iſta frigida:& iania uideneť:obuerſať oculis ille uir:quo

Et admones.Admonente Gallo pollicetur omnem ſuam operã Corælia Corælii filiæ aduerſũ C. Cæcilium : a qua defenſione cũ deterreri poſſet:& qa erat Secũdo amicus: & conſul deſignatus : tamen cum recordabatur patris Corælii: cui plurimum debebat: ſperat nullam reprehenſionem: ſed laudem etiam ab ipſo Cæcilio conſecuturum.quidam codices Antonino: non Gallo ſcriptam epiſtolam ſignificãt. Corællæ.filiæ Corælii Rufi:& ſororis Corælliæ a Secundo ſumma reuerentia dilectæ:quæ Fuſcum Minutium maritũ habuit.C.Cæcilium. multos Cæcilios per illa tẽpora fuiſſe lego:ut Cæcilium Secundum de quo Mar.dum mea Cæcilio formať imago Secundo;Cæciliũ Simplicem creatum conſulẽ a Vitellio:Cæciliũ Celereꝫ:cuius ſupra Secundus mẽtionem fecit. naꝫ Cæcilium Claſſicũ hic intellexiſſe omnino negauerim.Cæciliũ Rufinũ ſenatu mouit Domitianus cenſor:ꝙ ſaltãſſet.Cæcilio Proculo reſcripſiſſe diuũ Pium teſtať Vlpi. Cæcilii rhetoris meminit Athenæus:& plurimi adhuc extant in monumentis Inſubriũ. Deſignatũ.decretũ:conſtitutum ĩ ſequentem annũ:nam deſignare in bonũ:& in malũ accipi ſolet:quare dixit Apũle.contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid:& Teren.modo quid deſignauit.i. cũ ignominia fecit. qui ludis funebribus præerant deſignatores dicẽbanť. Non facere.ſi non facerẽ. Iſto.C.Cæcilio. Me aduocas. aduocationem meã pro Corælia petis.aduocamur.n.daturi patrociniũ Agreſtio tradente. Familiaritas.plus eſt q̃ amicicia. Huc.ad eius amiciciã.dignitas.qa ſenator. Ad hoc ipſe. nõ diſplicet atq; hic ipſe. Honor. cõſulatus. Hoc.ob hãc cãm. Functi ſumus.geſſi cõſulatũ.fuit.n. cũ Tertulo cõſul. Ea.eos honores: & magr̃atus. Exiſtimari.credi eẽ. Adfutuꝝ.cãm ſuſceptuꝝ. Corælii.Rufi: cuius interitum libro primo epl'a deplorauit. Frigida.inefficacia:imbecillia:nã frigus orationis dicimus cũ futilis eſt oro:& frigidũ ac inane dicendi genus Fabius.x.carpit: Donatus frigidũ non adhærens interpretať tranſlatum aſſerens a picatione uaſorum:quæ frigidam picem non tenent.frigidum plærunq; nocens. Obuerſať.ſre.

Cæcilius

Deſignare

Frigiduꝫ

neminem ætas noſtra grauiorem:ſanctioré: ſub-
tiliorem: tulit: quem ego cum admiratione dili-
gere cœpiſſem:quod euenire contra ſolet:magis
admiratus ſum:poſtq̃ penitus inſpexi:inſpexi .n.
penitus. nihil ille a me ſectetum: non ioculare:ñ
ſerium:non triſte:non lætũ. Adoleſcentulus erã:
& iam mihi ab illo honor. atq; etiam(audebo di
cere)reuerentia:ut ab ęquali habebatur. Ille me
us ĩ petendis honoribus ſuffragator:& teſtis. Il-
le in inchoandis deductor: & comes: Ille in geré
dis conſiliator:& rector: Ille deniq; ĩ oĩbus of-
ficiis noſtris:q̃q̃:& imbecillis:& ſenior : quaſi iu
uenis:& ualidus cõſpiciebatur. Q uantum ille fa
mę meæ: domi:in publico: quantum etiam apd'
principem aſtuxit? nam cum forte de bonis iu-
uenibus apud Neruã imperatorem ſermo ĩcidiſ-
ſet:& plæriq; me laudibus ferrent:pauliſper ſe ĩ-
tra ſilentium tenuit:quod illi plurimũ authorita
tis addebat:deinde grauitate:quã noras: neceſſe
eſt inquit:parcius laudem Secundũ:qa nihil niſi
ex conſilio meo facit: qua uoce tribuit mihi quã
tum petere uoto imodicum erat: nihil me facere
non ſapientiſſime: cum oĩa ex conſilio ſapientiſſi
mi uiri facerem. Q uinetiã moriens filiæ ſuæ: ut
ipſa ſolet prædicare:multos quidé amicos tibi in
longiore uita paraui:p̃cipuos tñ Scd̃m : & Cor-
nutũ: qđ cũ recordor:intelligo mihi laborandũ:
ne qua p̱te uideat hanc de me fiduciã prudentiſſi
mi uiri deſtituiſſe. Q uare ego uero Coręliæ ade
ro prõptiſſime:nec ſubire offenſas recuſabo:quã
quã non ſolũ ueniã me: uerumetiã laudem apud
iſtũ ipſum: a quo(ut ais)noua lis fortaſſe ut fœ-
miæ intendit: arbitror conſecutu᷒: ſi hæc eadé i
actione latius ſcilicet : & uberius quã epſa᷒ an-
guſtiæ ſinunt:cõtigerit mihi: uel in excuſationé:
uel etiã in cõmendationem meã dicere. Vale.

C.Plinius Antonino.S.

Q Vemadmodũ magis approbare tibi poſ
ſum quantoperẽ mirer epigtammata tua
græca:quam q; quædam latine æmula-
ri:& exprimate tentaui?in deterius tamen acci-
dit hoc:primum imbecillitate ingenii mei:dein-
de inopia: ac potius(ut Lucretius ait) egeſtate

quenter occurrit. Subtiliorem.acutioré:
fuit enim prudentiſſimus iuriſconſultus:
& ætatis ſuæ ſapientiſſimus.ſic de Ariſto-
ne iuriſconſulto locut⁹ eſt ſupra. quid il-
lo grauius?ſanctius?doctius? Sanctioré.
melioré probitate morum. Contra.ut fa
miliaritas multum reuerentiæ detrahat.
Admiratus.ueneratus. Inſpexi.cognoui.
Ioculare Ille.habuit. Ioculare.iocoſum.ioci cau
ſa dictum factumue. Serium. graue ſine
triſtitia.contentio color. Vt ab æquali.
tanquã ſi fuiſſem illi æqualis & tempore.
& authoritate. Suffragator & teſtis. ſic
prius dixerat ſuffragio & teſtimonio. De
Conſiliator ductor.in comitium. Conſiliator : cuius
fœmininum conſiliatrix ꝓtulit Apuleius:
is aũt eſt: qui ratione alte petita pluta per
pendens & cõparans habet inuentionem:
& iudicationem in ſe ſecundum mores.
Rector.conqueſtus eſt in obitu eius ami-
ſiſſe rectorem & magiſtrũ uitæ ſuæ. Im-
becillis. ualitudine longa & iniqua poda-
græ. Senior.na.lxvii. annum expleuit.
Domi. inter domeſticos & familiares.
Aſtruxit.addidit. Iuuenibus.per tranſitũ
monſtrat ſe fuiſſe iuuené imperante Ner-
ua. Intra ſilentium tenuit. conticuit : ut
ſententiæ ſuæ maiorem authoritatem ad
deret. Qua.ſumma.Secundum.C. Plini-
um. Voce.dicto. Quantũ.laudis. Im-
modicũ.nimiũ. Nihil non.oĩa.Moriens.
dixit. Filiæ.Coræliæ. Cornutum. Ter-
tullum:de quo in præcedentibus copioſe.
De me.quam de me Corælius habuit.
Offenſas.inimicitias. Iſtum ipſu3.C. Cæ
cilium. Noua:inſolita. Intendit.moue-
tur:infert. Vt fœminæ. quæ ſe neſciat
defendere:uel quia quibuſdam priuilegiis
muniunt fœmiæ. Epl'a᷒ anguſtiæ.non
.n.diffundi tm̃ epl'a debet q̃tum oro. Cõ-
mendationé:q; defendã tanti uiri filiã.

Q Vemadmodum. Antonini epi-
grammata græca laudat : quæ
cum latine Scd̃s conatus eſſet
exprimere: multum ab illis de-
cidit. Latine æmulari. traducere in lin-
guam noſtram. In deterius. multũ defe-
ci ab archetypo:na3 longe tua. meliora q̃
mea: accidit aũt hoc plærũq; ut imitator
Egeſtas mior ſit imitato. Egeſtate. maius é q̃ in-
Inopia opia:nã hæc ĩpotentiã:illa neceſſario᷒ pe
nuriã ſignat:inops.n.q ſine ope: egens ue-
ro quaſi ex gens:cui ne gens quidé ſit reli-
qua.(Vt Lucretius ait)lib.i. de re᷒ natu-
ra:ubi de aĩa agit:iquit.Nec me animi fal
lit graio᷒ obſcura repta difficile illuſtra-
re latinis uerſibus eé.Multa nouis uerbis præſertim cũ ſit agendum pp egeſtatem liguæ & re᷒ nouitaté
Lucreti⁹ T.Lucretius autem præcepta ſapiæ uerſibus complexus & amatorio poculo i furoré uerſus cũ aliquos

libros:quos poſtea Cic.emendauit per interualla inſaniæ conſcripſiſſet. propria ſe manu confecit anno ætatis.xliii.Cn.Pompeio:&.M.Licinio Craſſo conſſ.qua die Vir.poeta ſumpſit uirilẽ togã.eius lectionẽ ꝓbat Quintilianus:ſed nõ ut corpus eloquẽtiæ faciat.Vitruuius ui uerboꝝ laudat. Patrii ſermonis.latinæ linguæ:græcis.n.longe maior uerboꝝ copia ac licẽtia:ꝓſerti poetis:qbus lꝫ & noua fingere: & breuibus ꝓ lõgis ac cõtra uti:nã latini magis ſeueri:ꝙ notat hẽdecaſyllabo Mar.Dicũt Earinõ tñ poetæ:Sꝫ græci:qbus eſt nihil negatũ:Et quos ἄρεσ ἄρεσ decet ſonare:Nobis nõ lꝫ eſſe tã diſertis:Qui muſas colimus ſeueriores. Hæc.carmina. Venuſtatis.gratiæ:leporis. a Venere deductum uerbum.Proferunť mihi.mittũtur ad me A te.uiro doctiſſimo.Græce.proprie.

patrii ſermonis:ꝙ ſi hæc quæ ſunt latina: & mea habere tibi aliquid uenuſtatis uidebuntur:quantum putas ineſſe gratiæ eis.quæ mihi: & a te: & græce ꝓferuntur. Vale.

C.Plinius Hiſpullæ.S.

CVm ſis pietatis exẽplũ:fratrẽq;:& optimum: & amantiſſimum tui pari charitate dilexeris:filiamq; eius: ut tuam diligas:nec tantũ amitæ ei: uerumetiã patris amiſſi adfectum repræſentes: non dubito maximo tibi gaudeo fore:cum cognoueris dignam patre: dignam te: dignã auo euadere:Summũ eſt acumẽ: ſumma frugalitas.amat me:quod caſtitatis indicium eſt. Accedit his ſtudium litterarum: quod ex mei charitate cõcœpit. Meos libellos habet: lectitat:ediſcit etiam.Qua illa ſollicitudine: cũ uideor acturus:quanto cum ægi gaudeo adficitur: diſponit qui nuncient ſibi: quem aſſenſum: quos clamores excitarim:quem euentum iudicii tulerim.Eadem ſi quando recito:in proximo diſcreta uelo ſedet:laudeſq; noſtras auidiſſimis auribus excipit.Verſus quidem meos cãtat etiam: formatq; cithara non artifice aliquo docente:ſed amore:qui magiſter eſt optimus. His ex cauſis i ſpem certiſſimam adducor perpetuam nobis:maioremq; in dies futuram eſſe concordiã. Non ętatem meam:aut corpus:quæ paulatim occidunt: ac ſeneſcunt:ſed gloriam diligit.Nec aliud decet tuis manibus educatam: tuis præceptis inſtitutam:quæ nihil in cõtubernio tuo uiderit:niſi ſanctum honeſtumq;:quę denique amare me ex tua prædicatione conſueuerit.Nam cum matrẽ meam parentis uice dilexeris: me a pueritia ſtatim formare:laudare:talemq;:qualis nũc uxori meæ uideor:ominari ſolebas.Certatim ergo tibi gratias agimus.Ego quod illam mihi: illa quod me ſibi dederis:quaſi inuicem elegeris. Vale.

C.Plinius Nonio Max.S.

QVid ſenſeri de ſingl'is tuis libris: notũ tibi ut q̃nq; ꝑlegerẽ:feci: accipe nũc qđ đ

CVm ſis.gratulať ſibi & Hiſpullæ: ꝙ uxor Calphurnia ſe dignam maioribus ſuis oñderet: nã & lætabať Secũdi laudibus. nec corpus: ſed gloriã illius exoſculabať.

Pietatis. pietas eſt ꝑ quã ſanguine cõiunctis: & patriæ & beniuolis cultus officiuꝫ diligens tribuiť:ps ſane iuſtitiæ ꝓxia æquitati. Pietas. Charitate.amore.alibi ẽt ꝓ penuria cuiuſcunq; rei. Charitas Filiã. Calphurniam uxorem meã. Affectũ.amorẽ.latini imitatione græcorum affici dicunt moueri aliqua paſſione:ſiue bona:ſiue mala. Auo.Fabato. Acumẽ.ingenii ꝑſpicacitas. Frugalitas. tẽperantia ciboꝝ. Cõcœpit ſtudiũ.facta ẽ ſtudioſa qa me ſequiť. Hẽt. amat: tenet. Qua.maxia. Acturus. cãm dicturus.Diſponit.collocat ꝑ interualla: ul' mittit auditores. Aſſenſum.fauorẽ. Clamores.applauſus. Euentũ.fortunã: quæ plurimũ in iudiciis dominanť.Diſcreta.ſecluſa ab aliis auditoribus.adde ꝙ Sidon.viii. ſcribit Calphurniã legenti Pli.& meditãti cãdelas: & candelabra tenuiſſe. Fxcipit. audit:attẽdit. Formatq; cithara.ad ſonũ citharæ cãtat:& cõcordat.Stati9. Diſcẽdũ muſis ſonat:& mea carmĩa flectit. eſt alia lectio.formãt ad citharã.i.cõcordat cũ cithara. Artifice. magro muſico. Magr ẽ optius.longe.n. amor ualẽtior ad obtinẽdũ ꝙ uelis q̃ timor:naꝫ timor abit ſi recedas.manet amor.ac ſicut ille i odiũ:hic in reuerentiã uertiť. Corpus. ꝙ tm̃ ampleꝫtunť ſcorta:& libidinoſæ mulieres. Occidũt.minuunť.hic Oui.in Fa.tempora labunť:tacitiſq; ſeneſcimus annis: Et fugiunt freno nõ remorante dies. Tuis.ſanctiſſimis.Cõtubernio. cõuictu. familiaritate.

Prædicatione tua.cõmendatione. & laude tua de me.Parentis.mr̃is tuæ. A pueritia. duꝫ puer eſſem. Formare. inſtituere. Ego.ago gr̃as.Illã.Calphurniã uxorẽ.Elegeris.nos egregium par.

QVid ſenſeriꝫ.In gñe iudicat qd ſentiat de libris Nonii Max .in qbus igeniũ:ſublimitatẽ: elegãtiã:uarietatẽ: ac pulchritudinem ꝓbat de Max.alibi plura recitauius. No. a Seuero

Nonius interfectum refert Spartianus.(hic aũt Nonius Max.ſiue Nauius utraqꝫ.n.ſcriptura circũfertur.)ſcripſit
Nauius libros in Blateram Secũdo libro.viii.tradente. Generaliter. ſummatim & uniuerſaliter: cuius contra-
Gñatim riũ ſpecialiter: ꝓ quo ſpeciatim Spartianus: Auidius: Lampridius certatim uſurpant: nã & Columella ꝓ
Speciatiꝫ generaliter prius generatim dixerat: ꝙ interdũ ꝑ ſingula genera accipi ſolet. Validũ.neruoſum: robu-
ſtum: nõ flacidũ. Acre.uehemens. Sublime.grande: elatũ: in figura graui. Variũ. diuerſa cõplexum.

uniuerſis generaliter iudicẽ. Eſt opus pulchrũ: ualidũ: acre: ſublime: uariũ: elegãs: puꝝ: figuratũ: ſpacioſũ ẽt: & cũ magna tua laude diffuſũ: in quo tu ĩgenii ſiml': doloriſqꝫ uelis latiſſime uect⁹ es: hoꝝ utrũqꝫ ĩuicẽ adiumẽto fuit. nã dolori ſublimitatẽ: & magnificẽtiã ingeniũ: ĩgenio uim: & amaritudinẽ dolor addidit. Vale.

C. Plinius Velio Cereali. S.

TRiſtẽ: & acerbũ caſũ Heluidiaꝝ ſoroꝝ utraqꝫ a ꝑtu: utraqꝫ filiã enixa deceſſit. adficior dolore: nec tñ ſupra modũ doleo: Ita mihi luctuoſũ uidet': ꝙ puellas honeſtiſſimas ĩ flore prĩo fœcũditas abſtulit. angor ĩfantiũ ſorte: q̃ ſunt parẽtibus ſtati: & dũ naſcunt' orbatæ: angor optioꝝ maritoꝝ: angor ẽt meo noĩe nã patrẽ illaꝝ defunctũ quoqꝫ ꝑſeuerãtiſſime diligo: ut actõe mea: libriſqꝫ teſtatũ ẽ. cui nũc unus ex tribus liberis ſupeſt: domũqꝫ pluribus adminiculis paulo ante fondatã deſolatus fulcit: ac ſuſtinet. Magno tñ fomẽto dolor meus acquieſcet: ſi hunc ſaltẽ fortẽ: & ĩcolumẽ: patẽqꝫ illi patri: illi auo fortuna ſeruauerit: cuius ego ꝓ ſalute: pro moribus hoc ſum magis anxius: ꝙ unicus ẽ: noſti ĩ amore mollitiã animi mei: noſti metus. quo minus te mirari oportebit: qđ plurimũ timeã: de quo plurimum ſpero. Vale.

C. Plinius Sempronio Rufo. S.

Elegans Elegans. latinum: & remotũ ab omni uicio. elegantia eſt quæ facit: ut unũ quodqꝫ uerbũ pure & apte dici uideat'. elegans tñ uocabulum apud antiquos in uicio fuit ex teſtimonio. M. Catonis referente Gellio: illo. n. ſignificari hoieꝫ: q nimis læto: amœnoqꝫ cultu ac uictu eſſet: & concertantis ac faſtidioſi iudicii: nã & Terentius in Eunucho Cherẽa dixit elegantẽ formaꝝ ſpectatorẽ: cui nõ facile quis mulier q̃uis formoſa placeret. poſtea iter laudẽ: & uituperationẽ uſu uenit elegans: demũ totũ ĩ laudẽ receptũ ẽ. Purũ. apertũ: dillucidũ: explanatũ ꝙ duobus cõparat' uerbis uſitatis: & ꝓpriis. Figuratũ. figuris opportune illuſtratũ & uariatũ. Spacioſum etiã & diffuſum. copioſum: alteꝝ longitudinẽ: alterum latitudinẽ reſpicit. Velis. inſtrumentis: adminiculis. methaphora a nauibus. Vtrunqꝫ. i. geniũ & dolor. Inuicẽ. ſibi mutuo.
Magnificentia Magnificentiã. quæ reꝝ magnaꝝ & excelſarum eſt cum animi ampla quadã & ſplendida ꝓpoſitiõe cogitatio: atqꝫ adminiſtratio. Vim. potentiam: celerem impetum.
Heluidii liberi TRiſtẽ. Deflet apud Velium Cerealẽ interitũ Heluidiarũ ſororũ: quæ a ꝑtu mortuæ fuerant. primũ dolet mortis genere: deinde cõqueritꝰ ꝓlem Heluidii: quẽ ſũme dilexerat: indies minorẽ fieri. Triſtẽ: & acerbũ. o ſubaudiendũ dolẽtis aduerbiũ.
Acerbũ. ante tẽpus: imatuꝝ. Caſum. malũ euentũ. Heluidiaꝝ ſororũ. filiaꝝ nõ Heluidii Priſci a Veſpaſião occiſi: ſed Heluidii filii a Domitião iterfecti: q tres liberos ſupſtites reliquit: duos puellas & puerũ Heluidiũ.
A A ꝑtu. partus cã. uł poſt ꝑtum: interdũ ꝑpoſitio a ſignificat cauſaꝫ ut apud Iuuenalẽ Irã atqꝫ animoſa crie ſumũt. aliqñ poſt. Tranqllus. Auguſtus a cœna in lecticulã lucubratoriã ſe recipiebat. Enixa. ad partum refertur. Virg. Triginta capitum fœtus enixa. Supra modũ. nam reſpectu cauſarũ quæ maximæ ſunt: mediocriter doleo. Fœcũditas. ꝓꝑerus ꝑtus. Honeſtiſſimas. nobiliſſimas. Flore primo. adoleſcentia. Infantiũ. filiaꝝ utriuſqꝫ. Noĩe. cã. Maritorũ. cã. Patrem. Heluidium filium: nam cũ Priſco propter ætatem diuerſam nulla potuit cum Secundo fuiſſe amicicia.
Actione mea. aduerſum Publiciũ Certum: ꝙ latius declaratur libro. viii. ad Quadratum. Libris. editis ad imitationem Demoſthenis contra Midiam. Ex tribus liberis. liberorum appellatione etiam fœminæ intelliguntur: unde ex tribus liberis ideſt ex duabus fœminis & mare Pliniana lectio interpretãda: & alibi iam dixerat tres liberos pro duobus maribus: & fœmina. Adminiculis. adiumentis: auxiliis: appendicibus: affinitatibus. Deſolatus. ſolus relictus. Fomento. remedio. Hunc. liberoꝝ reliquum: & ſuperſtitem. Illi. optimo. Patri. Heluidio occiſo a Domitiano. ꝙ quaſi ſcenico exodio ſub perſona paridis: & Oenones diuortiũ imperatoris cum uxore tractaſſet. Auo. Heluidio Priſco omni uirtute ꝓdito: ſed ꝓ̃ſertim libertate dicendi.
Mos Pro moribus. ut bonis imbuat': nam ſunt & mali. mos inſuper Varro inquit eſt iudiciũ aĩ: quem ſequi debeat conſuetudo. Iulius Feſtus de uerborũ ſignificationibus morem teſtatur eſſe inſtitutum patrium pertinens ad religiones cerimoniaſqꝫ maiorum: at Horatius: Columella. Mart. morem pro modo poſuere. Vnicus: ſolus in domo Heluidiorum. Mollitiam. paſſionem.

INterfui. Apud Viennenſes cum celebraretur certamen gymnicum: ꝙ Trebonius tollendū curabat aduocatus eſt in cōſiliū Secundus ab īpatore. Traiano cū multis. Mauriccus ſnīam rogatus cēſuit oīno tollēdū addens utinā Romæ quoqꝫ remoueri poſſet: inde trāſgrediens non iportune ad imp. Neruā fortitudinē Maurici mltū laudat. Cognitioni. diſcuſſioni. examinatiōi. Optimi. Traiani cognomēto optimi. In cōſiliū aſſumptus. accitus ut: & ipſe ſup hoc conſulerē. Agon gymnicus. certamen: quo nudi exercebanť: & maximos labores perpetiebanť. prima olympiade agon gymnicus actus: in quo Choroebus Helienſis uictor extitit: deinde cōplures p græciam celebrati: quorum græca epigrāmata ſæpe meminerūt: conſtituti autem ī honorem mortuoꝝ ad imitationeꝫ Mauſoli: cui Arthemiſia cōſtructo monumēto Mauſoleo: & diis manibus dicato: agona laudibus eius dicundis fecit: propoſuitqꝫ præmia pecuniæ: aliarūqꝫ reꝝ bonaꝝ amplisſima. græcos Itali: & multæ prouinciæ poſtea ſecutæ ſunt. ἀτων græca dictio: q̄ utunť latini: & certamē ſignificat: & τυμνικοσ nud⁹ deducitʼ αϖοτὸυσ υνἄτεσθαι uel. ϖαρατοάτωατων ꝙ ferat multā moleſtiam: & mœroreꝫ. qnqꝫ ſignificat locū: mltitudinē ſpectatoꝝ: cōgregatiōeꝫ cuiuſqꝫ rei: certamē: tēplū. in cōmentariis Iliadis inueniſſe refert Hammonius eſſe locum rotundū ſine angulis: nā Homer⁹: & Thucydides agona intelligi etiā uoluut pro gymnaſio. agon præterea ſacrorum uerbum: quo ſacerdos percuſſurus uictimam utebatur. Aſinius Pollio apud Senecaꝫ filius inquit ceruicem porrigat: carnifex manū tollat: deinde reſpiciat ad pr̄em. & dicat. agon: ꝙ fieri ſolet uictimis. i. ago ne: hinc agonales dies credit Varro denoīatos: per quos rex in regia arietē imolat: eo ꝙ interrogať a principe ciuitatis: & pr nceps gregis imolať.

Agon

INterfui prīcipis optimi cognitiōi ī conſiliū aſſūptus. Gym. Agō apd Viē. ex cu iuſdā teſtō celebrabať. hūc Trebo. Ru. uir egregius: nobiſqꝫ amicus ī duumuiratu tollēdum: abolendumque curauit. Negabatur ex authoritate publica feciſſe. Aegit ipſe cām ñ min⁹ feliciter: q̄ diſerte. Commendabat actionem: ꝙ tanquā homo Romanus: & bonus ciuis in negocio ſuo: & mature: & grauiter loquebatur: cum ſententiæ rogarentur: dixit Iunius Mauriccus: quo uiro nihil firmius: nihil uerius: non eſſe reſtituendum Viennenſibus Agona: adiecit: Vellē ēt Romæ tolli poſſet: cōſtāter inqs: & fortiter

Viennēſes. Vienna Allobrogū metropolis iuxta Rhodanū ſita ciuitas mediterranea olim uicus: poſtea in ciuitatis formā redacta a clariſſimis Allobrogū habitata facta eſt colonia: & uetuſtate: & dignitate clara. Vitellii principatu ob irā Lugdunēſiū fere euerſa. Stepha. ab urbe in creta eiuſdē denoīationis appellatā Vien. refert: ſiccitate olim uniuerſam Inſulā occupante in aliena loca incolæ coloniā deduxerunt accepto oraculo. ut habitarēt ubi uidiſſent locum paludoſum: delati igiť ad Rhodanū Galliæ Fluuiū paludibus ſtagnantē. ciuitatē Viennam condidere: uel ita cognominatā ab una cum eis uirgine Vienna noīe: quæ choream ducens hiatu terræ abſorpta fuit. aduertant lectores mendoſe ſcribi apud Stepha. Viennam eſſe ciuitatem Galileæ iuxta fluuiū Rhodā. cum pro ἐϖι τον ροδαν ϖοταμοντισ Γαλιλαίας legendū ſit ἐϖι τον ροδανον ϖοταμοντησ γαλατιας. laudatur a Valerio Mart. tanq̄ ſtudioſa ſuoꝝ libroꝝ. Ferť habere meos: ſi uera eſt fama: libellos inter delicias pulchra Vienna ſuas. Trebonius Rufinus. occurrūt. nobis plures Rufini per illa tēpora: Fabius Rufinus uir egregius: Cæcilius Rufinus tradente Dione: Iuuius Rufinus: quē Vlpianus meminit præfectū uigilum ſub Seuero. & Antonino: & Calliſtratus procōſulem Macedoniæ ſub Adriano. fuit: & Apuleius Rufinus: Licinium Rufinum reſcripſiſſe Iulio Paulo Iuriſconſultus Paulus recitat. Duumuiratu. in oppidis: quibus datum ius Latii: fuit magiſtratus duūuiratus dictus: ꝙ. ſ. duo tantū eſſent in eo officio. Spartia. in Adriano. per latina oppida dictator: & ædilis: & duumuir fuit. Paulus titulo de actionibus: & Vlpianus de dāno inſecto teſtauť duumuiratū fuiſſe magr̄atum municipalē: idē alibi authores ſunt extitiſſe dignitatē ꝓximā decurionatui: qua niſi decuriones fungi nulli poterāt: duūuiri locabāt publica: q̄ rñdet Vlp. de iniuriis: ptātē hēbant dimittendi e carcere uel cuſtodia captos. idē de furtis. erāt. n. municipioꝝ defenſores: & eius fere dignitatis qualis in urbe cēſura. a decurionibus creabanť. græci ſyndicos appellāt iuriſcōſulto ꝓdēte. in urbe duūuiratus fuit: q de rebus capitalib⁹ inqreret primū creat⁹ ab Hoſti. rege: poſtea factus triūuiratus: alii duūuiri creati ad ædes ſacras locādas: & faciēdas: ad aquas in urbē deducēdas: ad claſſem ordinādā: & reficiēdā: hi dicebanť duūuiri nauales: creati: & alii duūuiri: qui præeſſent ſacris faciundis: carminū ſibyllæ: ac fatoꝝ populi ro. interpretes: & antiſtites Apollinis ſacri: cerimoniarūqꝫ aliaꝝ: qbus additi octo: & facti decemuiri: deinde q̄uis qnqꝫ adderētur ut. xv. eēnt: tñ remanſit nomē decemuiroꝝ. Abolendū. oblitterādū in perpetuū. Ex authoritate publica. ex conſenſu publico decurionū: qui erat maximus magiſtratus in municipiis. Feliciter. qa bñ ceſſit. Tanq̄ romāus. eius. n. orō grauis: & libera fuit more priſcoꝝ ro. uel tanq̄ romanus qa Vienna fuit romanoꝝ colonia. Ciuis. Viēnenſis. Bonus. boni publici ſtudioſus. Rogarenť. a cōſulibus. Firmius. Cōſtāti⁹. Adiecit. ſniæ ſuæ. Tolli. gymnica certamina: q̄ urbē infecerāt. Fortiter. cōſtāter: &

Vienna

Rufinus

Duūuiri

Fortiter

animoſe dixit.dictio fortiter in hũc ſenſum a multis uſurpata.nam Mart.inquit fortiter ille facit:qui miſer eſſe poteſt.Canace apud Ouid.Scimus:& utemur uioléto fortiter enſe.idem alibi.Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet.Secundus libro.viii. quaſi nimis fortiter ſcauteq͡ȝ progreſſum:in panagyrico pro uehementer:nolo illum:quia Cæſarem fortiter amat.Martianus.ſed fortiter defenditur:Pomponius.non puto fortiter poſſe defendi. Quid ni?quin immo:certe. Idem. Mauriccus. Fortiter.locutus

Veiento eſt. Veiento.Fabritius Veiento ſenator:Domitiani temporibus adulator:& delatorum defenſor:teſti

Quid ni? Sed hoc Mauricco nouum non eſt. Idem apud imperatorem Neruam nõ minus fortiter:Cœnabat Nerua cum paucis. Veiento proximus:atq͡ȝ etiam in ſinu recumbebat. Dixi oïa: cum hoïem nominaui. Incidit ſermo de Catullo Meſſalino:qui luminibus captus: ingenio ſæuo mala cęcitatis addiderat:ñ uerebat᷑: nõ erubeſcebat:non miſerabat᷑. Quo ſæpius a Domitiã nõ ſecus:ac tela:quæ & ipſa cæca: & improuida ferunt᷑:in optimũ quéq͡ȝ cõtorquebat. De huiuſ nequitia:ſanguinariiſq͡ȝ ſententiis in cõe oẽs ſuper cœnã loquebant᷑. Cũ ipſe imperator: quid putamus paſſurũ fuiſſe ſi uiueret?& Mau. nobiſcũ cœnaret. lõgius abii:libens tñ. Placuit agona tolli: qui mores Viẽnenſium infecerat: ut noſter hic

monio tamen Iuuenalis prudens:q͡ adulãdo euitaret tyranni crudelitaté:ſub Nerone a Talio Geminio accuſatus:q͡ multa pbroſa in pſes:& ſacerdotes compoſuiſſet:iis libris:quibus nomen codicillorũ dederat:& uendita ab eo munera principis:adipiſcẽdorũq͡ȝ honorũ ius:quæ cauſa Neroni fuit ſuſcipiendi indicii:conuictũq͡ȝ Veientoné Italia expulit:& libros exuri iuſſit cõquiſitos:lectitatoſq͡ȝ donec cũ periculo parabãtur:mox licentia habendi obliuionem attulit. Veiẽtõis uxor fuit Hippia: quæ relictis omnibus ſuis Sergiũ Gladiatorem mœchum in Aegyptũ uſq͡ȝ ſecuta eſt. Recũbebat.ſedebat. Sinu.Neruæ.

Omnia dixi.monſtraui oïa uitia:& mala. Hoïem.Veientoné. Incidit.forte fa-

Catull[9] ctus eſt. Catullo Meſſalio:is ſenator de-

Meſſal- lationibus polens nec minus adulatione

linus Domitiano carus:unde nimiũ utroſq͡ȝ cõiunxit:Iune.ſatyra quarta:cæcum Catullum demõſtrás:Et cũ mortifero prudẽs Veiento Catullo:Qui nũq̃ uiſæ flagrauit amore puellæ:Grande:& cõſpicuũ nño quoq͡ȝ tpe mõſtrũ:Cæcus:adulator:diruſq͡ȝ a põte ſatelles.hic libyæ rector ſub Veſp. & Tito multa crudelia commiſit:ſed eorũ clæmentia quamuis depræhenſus pœnam fugit:non multo poſt multiplici morbo:& inſanabili correptus acerbiſſime: non corporis tantum cruciatus ſuſtinebat: nam erat illi maior animi morbus:& grauior:terroribus expaneſcebat:& crebro uidebat ſibi inſtátes occiſorum manes:quare exclamans cum ſe continere non poſſet:exiliebat ſtratis tanquam tormentis ſibi: & flãmis adhibitis:qu o magis inualeſcente malo.extiſq͡ȝ defluentibus ac inteſtinis exhauſtis morit᷑.hũc igitur:& crudelitatis indicio:& q͡ ſub Do mitiano plurimum potuit luſcum:nec penitus cæcutientem

Iuuena. Iuuenalis repræſentatum in tragœdia a Damaſippo:cuius natales fuerant clari:taxat ſatyra.viii.dicens

locus clamoſum ageres cum phaſma Catulli:quid.n.aliud accipi debet Clamoſum phaſma? q̃ tragœdia de Catullo Meſſallino:qui terroribus expaueſcebat:& inſtantes manes exhorrebat:unde phaſma dixit hãc tragœdiã ex apparitione manium:clamoſum uero q͡ mimus exclamans in perſonam illius introducebatur:nam ſatyra.xiii.hoc repetens inquit.mimum agit ille Vrbani qualeȝ fugitiuus ſcurra Catulli.ali

Pli.locus um credo fuiſſe:quẽ Pli.tradit Meſſalinũ ex conſularibus patriciis:qui cum admiſiſſet hirudines ad genua extrahendi ſanguinis cã:q͡ podagris laboraret:interiit:propterea q͡ ad fixa ſanguiſugarũ relicta capita feciſſent uulnera incurabilia:ſed Meſſalinũ Cottã Meſſallæ oratoris filiũ deſignaſſe uirũ gulosum & culinæ condimentorũ repertoré.Meſſallinũ inſuper Iulius Frontinus tradit geſſiſſe conſulatum cum Valerio:quæ lectio ſane referri põt ad Catullum Meſſallinũ. Captus.orbatus fuit in ſecunda ſcriptura luſcum:& cæcutienté puto:non oïno cæcũ ut Secundus:& Iuue.uicium corporis in maius extollẽtes ad aïum referunt.q̃uis cæcus pro alio poſtulare nõ poſſit:tñ:& ſenatoriũ ordiné retinet:& iudicandi officio fungit᷑:& magr̃atum acceptum retinet:ſed nouũ aſpirare ꝓhibet᷑.author Vlpia. Mala cæcitatis. ſicut erat corporis luminibus captus:ita cognitione intellectus:& iuſtitiæ:q̃re malũ corporis addiderat aïo. Ingenio ſæuo.naturæ crudeli. Quo.iccirco. A Domitiano.authore:& fauente Domitiano. Improuida.temeraria:commiſſa caſui. In optimũ.in perniciem cuiuſq͡ȝ uiri optimi criminando eũ apđ principẽ. Nequitia.malitia. Sanguinariis.mortiferis:crudelibus. In commune.in mediũ inter conuiuas. Imperator.Nerua uir bonus inquit. Paſſurum.Catullum Meſſallinuȝ. Si uiueret.ſi foret noſtris temporibus.nã iam ſub Domitiano exceſſerat. Mauriccus.rñdit. Cœnaret nobiſcum.i.eſſet conuiua tuus imperator:quemadmodũ Veiẽto malus.q͡ fuit libere dictũ aduerſus tamẽ principem mitem:& deſpectui habitũ propter ſenectutem:& debilitatem author Dion. Longius abii.digreſſione longiori uſus ſum. Libens.ut laudarem Mauriccum amicum:& optime meritum. Placuit.decretum eſt. Tolli.aboleri. Hic nr̃.agon gymnicus.nã ſcæna.& theatrũ mores ro.corrupere:Liuii abbreuiator cum

locatū a cenſorib⁹ theatrū extrueret.P.Cor. Naſica authore tanq̄ inutile:& nocituꝝ publicis morib⁹ ex.S.C.deſtructū eſt:quā rē latius tractat:diuus Aug.primo de ciuitate dei:& Tertullianus aſſerit Theatra ſtuprādis morib us nata: Tacitus refert quoſdam incuſaſſe Cn.Pompeiū ꝙ manſuram theatri ſedeꝫ poſuiſſet:dum in theatro cōſidet populus totos dies ignauia conſumere:& patrios mores paulatim abolitos: funditus euerti per accitā laſciuiā: ut ꝙ uſq̄ corrumpi:& corrumpere queat in urbe uiſatur: degeneretq; ſtudiis externis iuuentus gymnaſia:& ocia:& turpes amores exercēdo:hinc Pli.ſenior iuuenes exercendos ſe:& ungendo:aī uires perdidiſſe repræhendit.ſimlr Iuuena.multis gymnaſia carpit. Oiuꝫ.mores īfecit.pp cōcurſum:& imitationem omniuꝫ gentium. A capite.ab urbe Roma gentium principe. Theatra taxantur

oium.nam Viēnēſiū uitia intra ipſos reſidūt:noſtra late uagāt:utq; in corpibus ſic in īperio grauiſſimus eſt morbus:qui a capite diffunditur.

C.Plinius Pomponio Baſſo.S.

MAgnam cœpi uoluptarem:cū ex cōmunibus amicis noui te:ut ſapientia tua dignū eſt:& diſponere ociū:& ferre:habitare amœniſſime:& nunc terra:nunc mari:corpus agitare:multū diſputare:multum audire: multū lectitare.cūq; plurimū ſcias quotidie tn̄ aliquid addiſcere: oportet uirū ita ſeneſcere:q magſ̄atus ampliſſios geſſerit:exercitus rexerit:rotūq; ſe reip. q̄ diu decebat:obtulerit.nā:& prima uitæ tpa:& media patriæ:extrema nobis impertiſ̄ debemus: ut ipſæ leges monēt:quæ maiorem ānis.lx.ocio reddunt.Quādo mihi licebit:quādo per ætatē honeſtū erit imitari iſtud pulcherrimę qetis exēplum:quando ſeceſſus mei non deſidiæ nomen: ſed tranquillitatis accipient.

C.Plinius Fabio Valenti.S.

PRoxie cū apud cētumuiros ī q̄druplici

MAgnā:Laudat Pomponiū Baſſum:ꝙ iā ingraueſcentib⁹ annis ſeceſſum ſuū prudēter diſponat:optatq; ſibi aliq̄n dari parē occaſionem:qua ſine dedecore poſſit trāſigere uitā ocioſam.Pōponi Mart.meminit pariter:& Baſſi: cuius pueri Vrbici mortē imaturā deflet. Ociū.uacationeꝫ ab officiis ciuilibus.Amœniſſime.reſpicit ædes:& loca lauta:quæ īcolebat. Agitare.exercere. Terra.uenādo:ludēdo:dū ueheris lectica:& equo. Mari.natādo: nauigādo. Magiſtratus.dignitates.magſ̄atus aut pſonā ipſam demōſtrat:ut cū dicimus magſ̄at⁹ iuſſit:aut honorē:ut ſi dicaſ̄ Mario datus ē magſ̄atus. Vlpia.ſ̄.ſecūdo iqt magſ̄atus eſt uel is:q in poteſtate aliqua ſit ut puta ꝓconſul:uel p̄tor:uel qui ꝓuincias regūt.oīno hi dn̄t eſſe in magſ̄atu: q per imperia potētiores fiunt q̄ priuati.magiſtrare.n.regere:& moderari ſignat.Tacitus inter magſ̄atus tantū recēſet:quæſturam:ædilitatē:tribunatū:p̄turā: cōſulatū; Trā.ēt in aliis utiſ̄ ſcribēs Aug.diuiſiſſe urbē ī regiōes:& uicos:ac īſtituiſſe ut illas ānui magſ̄at⁹ ſortito tuerentur:& adhoc magiſtros e plebe cuiuſque uiciniæ electos.nam magiſtri dicuntur non ſolū doctores artium:ſed pagorum ſocietatum:uicorum:collegiorum:equitum:ide Paulus de uerborum ſignificatione:quibus ait præcipua cura rerum incumbit:& qui magis q̄ cæteri diligentiam:& ſolicitudinem rebus: quibus præſunt:debent:hi magiſtri appellantur:quin:& ipſi magiſtratus per deriuationem a magiſtris cognominantur : hinc cuiuſlibet diſciplinæ præceptores magiſtros appellari a monēdo uel monſtrando:& quem poſteritas dictatorem uocauit:magiſtrum populi prius nuncupatum quidam tradunt:a quo magiſtrum equitum dictum authores ſunt Seneca:& Varro:qui putat reliquos præter dictatorem:& magiſtrum equitum.magiſtratus dictos ita ut ab albo albatus. Ampliſſimos.quales ſunt conſulatus: proconſulatus: prætura. Reipu.ad uſum publicum:& communem utilitatem. curiales omnes interminatione moneri iubet imperator ne ciuitates fugiant:aut deſerant rus habitandi cauſa fundum:quem ciuitati prætulerint ſcientes fiſco eſſe ſociandum:eoq; iure ſe eſſe carituros:cuius cauſa impios ſe patriam uitando demonſtrauerint. Quādiu.per ætatem legitimam. Prima uitæ tpa:iuuentæ. Media.uirilitatis. Extrema.ſenectutis.nā ætatē hoīs in tria tātum diſtiguit. Nobis.quieti:& honeſto ocio. Annis.lx.lib.iii.oñdimus ſenatorem ſexagenariū:neq; in curiaꝫ cogi:neq; repelli. Per ætatem.excuſante ætate:non morbo:optat.n.ſibi uitam longam:& ocioſam. Exemplū.ꝙ tu facis. Quādo.l.nā ſibi rn̄det. Deſidiæ.ꝙ eueniret:ſi ante tempus legitimū publica officia deſererem.

Magiſtratus

Magſ̄are

Magſ̄

la repræhenſio eſt:& ſi præſtentur plærunq; laus ineſt:ſed in hoc uentum eſt: ut non quodcunque munus idē donū accipiatur:at q donum fuerit:id munus recte dicatur.non facit hic Donati & Seruii opinio tradentium: donum eſſe quod datur diis:munus q datur hominibus:neque magis Agreſtii donum dantis eſſe:munus accipientis.ex uerbis Taciti lib.xvii.colligi pōt: q donamus noſtra: largimur aliena.

Xeniis.amicorum donis. quæ mittebanť amicis:& ab amicis ab Vlpiano.ff.i.monſtranť eſſe: quæ uictus quotidiani cā mittunť:munera:quæ in longius producunť:ea plurima Mart. libro primo diſtichoꝝ enumerat. Vitruuius lib.vi.græci hoſpitibus poſtero die mittebant pullos:oua:olera:poma:reliquaſq; res agreſtis:ideo piſtores ea: quæ mittebanť picturis imitantes xenia appellarunt. ξενοσ enim amicus & hoſpes. Suidas tm̄ iterpretať xeniū donū ab amicis datum ξενιον inquit λωρὸν παρὰ ξενοιϛ λιλομένον. Apuleius ſecundo ſui aſini. mittit mihi Byrrhena xeniola:porcū optimū:& quinq; gallinulas:& uinicadū in ætate precioſi. Appianus i rebus libycis.Phamea a ſenatu xeniis condonatus plurimis:purpurea ueſte: & fibula aurea:equo phaleris aureis ornato:& inſignibus pariter armis:ad hæc argēti drachmas decē mile: & minas centum argēti contulit.xenius aūt pfectus hoſpitii: & Iuppiter xenius.i. quod pſit hoſpitibus. Iubenda.quæ poſſunt iuberi ne fiāt. Permiſeris.indulſeris.Immo.correctio. Propoſiti.noluiſſe p patrocinio aliqd accipere. Neceſſitate.lege cogēte. Diuinum. nō tam ex ſtirpe deorum: & imaculatū: q puatē:& hoc puidētē. Occurſum. lege puiſum. Per ludum acceptū.ioci cā:quod p ludo accipiť: ſic.n. mecū iocanť amici: cū norit me a rapinis abſtinentiſſimum & integrum. — Xenia / Xenius

xeniis ſemp abſtinui.Oportet qdem:quæ ſunt inhoneſta:n̄ q̄ſi illicita:ſed q̄ſi iubēda uitare:lucū dum tñ ſi prohiberi publice uideas:qđ nunq̄ tibi ipſe pmiſeris.Erit fortaſſe:imo non dubie:huius ppoſiti mei:& minor laus:& obſcurior fama:cū oēs ex neceſſitate facient:qđ ego ſponte faciebā. Interim fruor uoluptate cū alii diuinū me: alii meis rapinis: meæ auaritiæ occurſum: per ludū acceptum:dictitant. Vale.

C.Plinius Pontio.S.

SEceſſeram i municipiū: cū mihi nunciatum ē Cornutū Tertullū accepiſſe æmiliæ uiæ curā.Exprimere non poſſum q̄to ſim gaudio affectus:& ipſius:& meo noie:ipſius q ſicut eſt ab omni ambitione longe remotus:debet tamen ei iucundus honor eē ultro datus.Meo: q aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium:poſtquā par Cornuto datum uideo.Neq; enim augeri dignitatē:q̄ æquari bonis gratius. Cornuto autē quid melius? qd ſanctius? quid i omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expſſius? qđ mihi cognitū eſt nō fa-

SEceſſeram.Lœtať curā uiæ Aemyliæ demādatā Cornuto Tertullo amiciſſimo:& optimo uiro:cum quo pfecturā ærarii:deide conſulatū geſſerat: nec minus exultat tempoꝝ felicitate:qua boni dignitates conſequantur:demum enarrat quibus cum fuiſſet in municipio ſuo:cum intellexit hanc nouam dignitatem Tertullo traditam.ad Pontium alibi ſcribit Secūdus: & fatetur eius nomine munera accepiſſe.Sceuino Pontio nobili adoleſcentulo ab Othone redditum locum ſenatorium teſtatur Cor.Tacitus.Pontio proconſuli reſcripſit diuus Pius.author Vlp.ff.xlviii.titulo de accuſationibus:&.ff.xxiii.legitur imperatorem Seuerum reſcripſiſſe Pontio Luciano. Seceſſeram. Roma diſceſſeram relictis urbicis negociis: gratia quietis & relaxādi animi. Municipium.Comum. Curam.præfecturā:quam primū inſtituiſſe Auguſtum refert Tranq.ſed Pomponius de origine iuris innuit hunc magiſtratū uetuſtiorem fuiſſe:cū inquit conſtituti ſunt & quattuor uiri:qui curam uiaꝝ agerent. Pontius / Viaꝝ pfectura

Viæ Aemyliæ. Aemylius Scautus:,qui ſubegit Ligures uiam a Placentia: ut Flaminiæ committeret Ariminū perduxit deductis ex Pado uſq; in Parmēſium agrū foſſis nauigationibus commodis paludes ipſas exiccauit e campis per Placentiam:ſi quidē arua Trebia Padū influens: alii quæ item cōplures ante fluuii ultra modū ſtagnabant.hæc Liuius & Strabo:apud quem in ſuper hæc leguntur.libro.v.hic ille Scaurus eſt:qui per Piſas & Lunam uſq; ſabatios uiam ſtrauit Aemyliam:& hic per Dertonen.alia uero eſt Aemylia:quæ per Flaminiam excipit:eodem enim in conſulatu.M. Aemylius Lepidus:&.C. Flaminius collegæ fuerunt:uictores autem ligurum ſtrauere:hic quidē Flaminiam e Roma per Thuſciam & Vmbriam Ariminum uſq;:alter Aemyliam Bononiā uſq;: & ex ea in aquileiam: prope alpiū radices: ducto per gyrum circa paludes opere. Ipſius noie. Tertulli cauſa. Ambitiōe.honoꝝ cupiditate. Vltro.nō quęſitus. Meo.noie gaudeo. Mandatū mihi officiū.cura uiæ Aemyliæ ab imperatore mihi cōmiſſa. Par.eadē cura. Aequari bonis.cōſeq:q bonis ſicut Tertullo tribuunť.ſnia color.Ad exēplar antiquitatis.ut i oībus antiquos ſequať uirtute pſtantes & repræſentet.Feſtus inquit exēplū eſt qđ ſequamur aut uitemus:exemplar a quo ſimile faciamus:illud aio æſtimatur: iſtud oculis cōſpiciť: libro ſexto — Aemyliæ uiæ / Flaminia uia. / Exēplar / Exēplū

ma: qua alioqui optima : & meritiſſima fruitur: ſcd longis:magniſq; experimentis. Vna diligius: una dilexius oẽs fere: quos ætas noſtra in utroq; ſexu æmulandos tulit: quæ ſocietas amiciciaꝶ arctiſſima nos familiaritate cõiunxit. Adceſſit uinculũ neceſſitudinis publicæ. Idẽ.n.mihi(ut ſcis) collega quaſi uoto petitus in p̃fectura ærarii fuit:& in conſulatu. Tũ ego: qui uir: & quãtus eẽt altiſſime inſpexi: cũ ſequerer: ut magiſtrũ: ut parentẽ uererer: qd̃ non tã ætatis maturitate. q̃ uitæ merebat᷑. His ex cauſis: ut illi: ſic mihi gratulor: nec priuati magis q̃ publice. Tandẽ hoies: ñ ad pericula: ut prius: neꝶ ad honores uirtute p̃ueniũt. In infinitũ epl'am extendã: ſi gaudeo meo indulgeam: p̃uertã ad ea: quæ me agentẽ hic nuncius deprehendit. Erã cum proſocero meo: eram cum amita uxoris: cũ amicis diu deſideratis. circuibam agellos: audiebã multũ ruſticaꝶ querelaꝶ: rationes legebam iuitus: & curſim: aliis.n. chartis: aliis ſum lr̃is initiatus: cœperã etiã itieri me p̃parare: nã iclũdor anguſtiis cõmeatus: coq; ipſo q; delegatum Cornuto audio officium : mei admoneor. cupio te quoq; ſub idem tempus Cãpania tua remittat: ne quis: cum in urbem rediero: contubernio noſtro dies pereat. Vale.

C.Plinius Marcellino.S.

TRiſtiſſimus hæc tibi ſcribo. Fundani nr̃i filia minor defuncta: q̃ puella nihil unq̃ feſtiuius: amabilius: nec modo longiore

de Romano Secundus.comœdiam dixit ad exemplar ueteris comœdiæ ſcriptam: ut eſſe quandoq; poſſit exemplar. ſcio tamen exemplum inuicem uſurpari quod facit Mar.in præfatione primi libri:& Gellius:Oui.ac multi. Alioquin.præterea. Dileximus omnes.inter quos Senectionem:Ruſticum:Heluidium:Mauriccum:Grattillam:Arriam:Fániam:eos libro.iii.ad Genitorem enumerat. i eandem ſn̄iam de ſe.& Tertullõ loquitur in panagyrica oratione:iiſdem inquit amicis gloriabamur:eoſdem amiſſos lugebamus. Aemulandos.ſequendos. Vtroq; ſexu.tam fœminas:q̃ mares. Quæ ſocietas amiciciaru3:q; coſdem una diligeremus. Neceſſitudinis publicæ. coniunctionis in gerendis ſimul publicis honoribus.collega fuit in præfectura ærarii & conſulatu: utriuſq; meminit in panagyrico: nondũ enim compleuerant Secundus & Tertullus præfecturam ærarii. q̃ anteq̃ deponerent Traianus conſules una renunciauit miris laudibus illorũ uirtutem prædicans: & antiquis cõſulibus æquiperãs. Altiſſime.penitus. Aetatis maturitate. ſenio. Vitæ maturitate.

Maturitas moꝶ integritate: & perfectione. Maturitas. ſi ad ætate3 refertur pro longo uitæ ſpacio ſumi debet:ſi ad mores pro ſanctitate:& perfectione. Illi. Tertulli cauſa. Priuatim.utriuſq; reſpectu. Publicæ,utilitatis publicæ. Non perueniunt ad pericula uirtute ut prius.ſub ſæuiſſimis imperatoribus ut Domitiano homini periculum fuit eſſe bono: nam oderant uirtuteꝫ tãquã ſibi ſuſpectam: quare ĩ panagyrigo Traiani tẽpora cõmendans ait:ſicut nunc ſpes gaudiumq; : ita tũc communis nobis dolor & metus erat. Præuertam.digrediar a p̃poſito. Hic.Comi. Nuncius.Tertulli.p̃fecturæ Aemyliæ. Proſocero. Fabato. Amita.cuius meminit ĩ fine eplãꝶ ad Traianũ ſuppreſſo tñ noĩe: ſed lib.iiii. ad eandẽ ſcribens apte docet Hiſpullã appellatã. Querelaꝶ ruſticaꝶ.ruſticos cõquerentes: ut coꝶ moris eſt. Rõnes.calculos expenſaꝶ & reddituum. Inuitus .& curſim.ſenſus eſt.coactus tanq̃ & propere legebã rõnes reꝶ ruſticaꝶ:nam cũ ſint ineptæ ſcriptæ:&(ut ita dicã) uernaculis lr̃is confectæ eas faſtidiebat Scds:qui elegantioribus oratoꝶ lr̃is aſſuetus erat. na3 inquit inſtitutus ſu3 floridis ſcriptis: nõ peſſimis & laniariis:quibus utunt᷑ calculatores:& qui rationes conficiunt.

Initiari Initiatus. inſtitutus. pariter per traſlationem Fabius dixit : neque enim ſanctius eſſe ſactis iiſdem : q̃ ſtudiis initiari. q; eſt introduci in aliquam rem: proprie tamen de ſacris dicitur. Varro præcepit initiari pueros eduliæ & potulicæ & cubæ deabus edendi & potandi & cubandi. præterea legimus in inſula Samothracum certo tempore pueros initiari . quomodo autem quis ſacris initiaretur Apuleius .xi. pluribus proſequitur. Includor anguſtiis commeatus.breue ſeceſſus ſpacium

Cõmeatus mihi permittitur. commeatus duo ſignificat : & facultatem diſcedendi ab officio per aliquod tempus: & pro annona ſubinde reperitur. Mei. officii. Idem.quo uenturus ſum in urbem. Campania tua. in agro Campano Pontius agros poſſidebat. Remittat.permittet te uenire Romam. Contubernio. conſuetudine:conuictu.

TRiſtiſſimus.e duabus quas habebat Fundanus filias minor obierat:puella ſupra ætate3 omni uirtute p̃dita.Quare monet amicũ Marcellinũ:ut ſi quas ad Fundanum litteras cõſolatorias ſcribet:potius mitiget eũ quã caſtiget:cũ ĩpatienter nouũ uulnus ferat. Triſtiſſimus. mœſt⁹: & luctuoſus. Noſtri.amici. Minor.ætate reſpectu alterius grandioris. Feſtiuius. lætus.

Nihil dignius.nullam puellam uidi digniorem.uſitata Secundo dicendi figura. Anilis prudentia.qualis ſolet contingere interdum grandæuis matronis:nam in iuuene non dicitur cadere:cum ſit rerum bonaꝝ & malaruꝫ ſcientia: quoꝝ uidetur iuniorem ætatem non poſſe temporis anguſtia experientiam & cognitionem habuiſſe. Matronalis.matronæ conueniens. Suauitas.feſtiuitas. Vt.qua gratia. Honeſte.pudice.additum ne quis ſecus ſuſpicaretur legitur etiam modeſte. Pedagogos. qui curam moꝝ habebant:& dabantur cuſtodiæ puerorum puellarumq;. Præceptores. diuerſarum reruꝫ & ſcientiaꝝ.

Prudẽtia

uita:ſed pene immortalitate dignius uidi. Nondum ãnos quattuordecim expleuerat: & iam illi anilis prudentia: matronalis grauitas erat : & tñ ſuauitas puellaris cũ uirginali uerecũdia. ut patris ceruicibus inhærebat: ut nos amicos paternos: & amanter : & honeſte complectebatur: ut nutrices: & pedagogos : ut præceptores pro ſuo quenque officio diligebat.q̃ ſtudioſe: q̃ intelligẽter lectitabat : ut parce cuſtoditeq; ludebat. qua illa temperantia : qua etiam conſtantia nouiſſimam ualitudinem tulit? qua medicis obſequebatur. ſororem partim adhortabatur : ipſamque ſe deſtitutam corporis uiribus: uigore animi ſuſtinebat. Durauit hic illi uſque ad extremum : nec aut ſpacio ualitudinis: aut metu mortis ĩfractus eſt : quo pluris grauioreſque cauſas nobis relinqueret:& deſiderii:& doloris.O triſte plane acerbumque funus : morte ipſa mortis tempus indignius. Iam deſtinata erat egregio iuueni:Iam electus nuptiaꝝ dies:Iam nos aduocati:quod gaudium quo mœrore mutatum eſt? non poſſum exprimere uerbis:quantum animo uulnus accœperim : cum audiui Fundanum : ut multa luctuoſa dolor inuenit:præcipientẽ:quod in ueſtes: margaritas: gemmas fuerat erogaturus: hoc in thura: & in unguenta: & odores impenderetur. Eſt quidem ille eruditus: & ſapiens: ut qui ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudiis: artibuſque dediderit. Sed nunc omnia quæ audiuit: quærit: ſæpe quæ dixit:aſpernatur:expulſiſque uirtutibus aliis:pietatis eſt totus:& talis ẽ pietas:cui ignoſcas: laudaueris etiam ſi cogitaueris quid amiſerit. Amiſit enim filiam quæ non minus mores eius:quam os: uultumque referebat: totumque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Proinde ſi quas ad eum de dolore litteras mittes: memento adhibere ſolatium:non quaſi caſtigaturum:&

Pro ſuo officio. ut pertinebat ad officiũ uniuſcuiuſq; : magis enim diligendi ſunt litterarum præceptores: q̃ cantus & lyræ.

Cuſtodite.caſtigate:cum reſpectu. Nouiſſimam.qua periit. Vigore. uigor ẽ robur & firmitas. Apuleius uigoroſum pro rubuſto poſuit. Hic.uigor. Spacio.longitudine. Cauſas. ut ſuperioribus uirtutibus adderet conſtantiam. Acerbum. immaturum. Mortis tempus. quo erat deſtinata rebus lætis. Deſtinata.deſignata:ſponſa uxor. Electus.ut boni ominis.

Vigor

Aduocati. inuitati ad nuptias. Multa. ad agendam triſtitiam:nam qui dolent ingenioſi ſunt perquirere doloris cauſas.

Margaritas.uniones.dicitur margarita: margaritum:& margaris:ut plurimum inuenitur in mari indico & rubri littoribus authore Curtio. culmen omnium rerum preci margaritæ tenent Plinio prodente: qui libro nono capi .xxxv. plura ſuper his ſcripſit. Gemmas. Pomponius.ff.xxxiiii. titulo de auro & argento legato. gemmæ inquit ſunt perlucidæ materiæ uelut ſmaragdi:chryſolithi:& amethiſti:lapilli autẽ contrariæ ſuperioribus naturæ:ut Abaſiani.uerientani. margaritæ autem nec gẽmis nec lapillis continentur. gemmas.pariter Curti⁹ a margaritis diſtiguit:ſic uterque Pli. apud ſeniorem multa de gemmis differuntur libro.xxxvii. tranſlatiue gemma in uite dicitur a rerum ruſticaruꝫ ſcriptoribus. Vnguenta & odores. quibus mortui reſpergebantur.Mart. Vnguenta & Caſias & olentem funera Myrrhã:Thuraq; de medio ſemicremata rogo: Et quæ de ſtygio rapuiſti cinnama lecto.Auſoni⁹ Sparge mero cineres:& odoro perlue nardo Hoſpes: & adde roſis balſama puniceis ac deinceps. Ab ineunte ætate. ab adoleſcẽtia. Altioribus ſtudiis.philoſophiæ.

Margarita
Margaritũ
Margaris

Gemmæ
Lapilli
Margaritæ

Quærit.dememinit. Audiuit.a præceptis philoſophoꝝ. Dixit. monuerat obſeruanda:nam quãuis recordetur conſtantiam in aduerſis ſeruandam: patientiaꝫ retinendam:tamen dolore ſuperatur:& affectui indulget repulſis aliis uirtutibus : & ſola pietate ſeruata. Talis pietas. tam honeſtæ ſunt cauſæ ut amet filiã & ideo afflicte mœreat ut poſſis Fundano ignoſcere:immo eum laudabis ſi conſideraueris:quam filiam perdiderit. Os.liniamenta faciei. Vultum.motum in affectibus. Exſcripſerat.effinxerat:reddiderat. effigiauerat.De dolore.cohibendo. Caſtigaturum.non q̃ ſit eius generis ut caſtiget & repræhendat tanquaꝫ

nimium dolori indulgentē:ſed ꝙ demulceat & leniat. Admittat.ſuſcipiat:approbet:exequaẜ. Medii temporis ſpacium.longū interuallum a morte filiæ:nullus.n.dolor ſcđm Sulpitium eſt:qui longitudine temporis non minuaẜ & molliaẜ. Crudum.recens.uulnus tranſlatiue refertur ad dolorē ut apud Papinium in ſyluis.abruptis etiā nunc flebile uenis Vulnus hiat:magnæq; patet uia lubrica plagæ. Requirit:manus medentium petit. Acquieſcit.contentatur. Admoris.adhibitis conſolationibus.

nimis forte:ſed molle:& humanum: quod ut facilius admittat multum fauet medii tēporis ſpacium. Vt enim crudum adhuc uulnus medentium manus reformidat:deinde patiẜ :atque ultro reqrit : ſic recēs aī dolor cōſolationes reiicit : ac refugit : mox deſiderat : & uehementer admotis acquieſcit. Vale. C.Plinius Spurinnæ .S.

SCio quantopere bonis artibus faueas: quantum gaudii capias:ſi nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus ſuis faciant.quo feſtinantius nuncio tibi fuiſſe me hodie in auditorio Calphurnii Piſonis:recitabat ἐρωτοπαίγνιον eruditam ſane: luculētamq; materiam. ſcripta elegis erat : fluentibus teneris: & enodibus:ſublimibus etiam uerbis:ut poſcit locus: altæ.n.& uariæ ſententiæ nunc attollebantur: nūc reſidebant.excelſa depræſſis:exilia plenis:iucunda ſeueris mutabat:oīa ingenio pari. commendabat hæc uoce ſuauiſſima:uoce uerecunda:multū ſanguinis:multū ſolicitudinis ī ore: magna orna

SCio.Calphurnii Piſonis opus de amoribus i auditorio frequenti recitatū nō uulgari laude cōmēdat apđ Veſtriciū Spu.utraq; lingua eruditū: deide fratris Calphurnii pietatē ꝑbat.ꝗoptat ꝙ tpa ſua illuſtrari igenioꝝ claritudīe. Bonis artibꝰ.rei lr̄ariæ. Dignū maioribꝰ ſuis. ut p res præclaras nō uideantur degenerare a maioribus ſuis illuſtribus. Feſtinantius.ꝗcupide: & per id miſſo tabellario propeꝛe:neq; dillata re in craſtinum. Auditorio Calphurnii Piſonis.ī eo loco: quo auditores cōuenerant:ut audirēt Calphurnium Piſonem.ἐρωτοπαίγνιον hic alii

Erotopægnion absurde:& mendoſe legebāt περὶ νόμων ideſt de legibus : uel apte παίγνιον.uera lectio & accommodata ἐρωτοπαίγνιον opus ſcilicet de ludo amoris.ἔρως enim amor & παίγνιον ludus: an potius amoris feſtum:nam παίγνια Suida interprete feſtum ſignificat: & Aratū ſcripſiſſe τὰ παίγνια rettulit idem. Athenæus tradit eadem Mnaſeam compoſuiſſe:apud queꝫ Nymphodorus Leſbiaꝫ Salpē fuiſſe dicit. quæ παίγνια monumētis mandauit: ſꝫ Alcimus teſtatur Botryn cognomēto Salpen inuentricē τῶν παιγνίων.idē Athenæus ꝓGneſippum παιγνιογράφον. memorat.ꝗAuſonius prodidit Lællium anti

Auſonii locus quiſſimum poetā conſcripſiſſe erotopægnia.quid inquit antiqſſimi poetæ Lællū:erotopægniō libros loquar:ꝗubi mēdoſe legitur Lennii erotopægniō:& li.ii.Gel.cap.xxiiii.erotop:eginis ꝑ erotopægniis. huꝰ ſcribit legis Lællius poeta meminit in erotopægniis.Apuleius in prima apologia.unū etiā poetam attingam:uerſus ipſos quos agnoſcent:qui Lællium legere:philtra oia undiq; erunt nōnulli tñ freti teſtimonio Priſciani:qui libro.xi.tradit Liuium in quarto erotopægnion uſum eſſe participio meminens apud præſcriptos authores legendū credunt non Lælliū:ſed Liuiū:q poetaꝝ antiqſſimus prius fabulā dedit. eadē forma dr̄ erotopægnion:qua technopægnion:cuius fit mentio apud Auſo. Luculentā: ſplendidā & luce plenā. Scripta elegis.conſtabat uerſu elego:q paulatī a rebus lugubribus trāſiit ad amores. Verbis fluentibus.currentibus:nā ex conſonantibus multis conſtantia uerba carmē exaſpauit: ſicut crebræ colliſiones:amatoriū igiẜ fluere debet:e diuerſo ſatyricū. Enodibus.mollibus:dulcibus.nodoſa.n. ſūt aſpera:enodia uero lenia & leuigata. Etiā.interdū. Sublimibus.grandibus: altiloquis. Vt poſcit locus.ut res exigebat:& opportune:uerbi cā.ſi exclamaſſet contra amorē:& uim eius ac potentiam deſcripſiſſet:cōmode uſus fuiſſet ſublimioribus uerbis:nam triſtia moeſtum Vultum uerba decent: iratū Plēa minaꝝ:Ludentem laſciua:ſeuerum ſeria dicta:& quæ leguntur deinceps in poetica Horatii. Altæ. erectæ:reconditæ:ſententiæ aūt ſumuntur modo ab opinione hominum:modo a ueritate.hæ breuiter oñdunt aut quid ſit:aut quid eſſe oporteat. Variæ. faſtidium legentiū uarietate rerum & uerboꝝ uitari ſolet. Attollebantur.inſurgebant grandioribus uerbis. Reſidebāt. demittebanẜ. ſententiarum enim ut uerboꝝ aliæ elatæ:aliæ mediocres:aliæ ſubmiſſe:quæ rebus:de quibus ſcribiẜ aptandæ ſunt. Excelſe depreſſis.nā plærunq; altis & excelſis adiacent abrupta:& maxīe mirabilia ſunt: quæ maxime inexpectata.antitheton exornatio eſt admodū ſuauis auditori. Mutabat.uariabat contraria contrariis. Ingenio.ſubtili inuentione. Commendabat.gratiora faciebat audientibus. Suauiſſima.dulci:& amabi-

Vox in ꝓnunciatione li:pronunciandū eſt quomodo ſcribendū itaq; lætis in rebus uox plena:ſimplex: & ipſa quodāmodo hilaris fluit:ac in certamine recta intendiẜ:atrox in ira & aſpera:ac denſa:in inuidia breuior: at in blandiēdo:fatendo:ſatiſfaciendo:rogādo:lenis:ſubmiſſa:ſuadendo:monēdo:policendo:cōſolando: grauis:ī metu:& uerecūdia:cōtracta:miſeratiōe:flexa:& flexibilis. Solicitudinis ī ore. curæ ut ex ſignis ī ore uidereẜ

ſolicite dicere. Timor.ut timeant ne ſua ſcripta improbenť tanq̄ non ſatis abſoluta. Nec plura.dicá. De iuuene.Calphurnio Piſone. Libet.dicere. Rariora de nobis.raro ſimilia noſtris tpibus cõtingát: an honeſtius eſt ſcripta Piſonis extollere:q̄ noſtra.legiť etiá in quibuſdá exéplaribus ꝑ rariora de nobis. deniq;:ut cú ſequentibus ſic coniungať.deniq; recitatione finita:quæ quidé lectio clarior é: Stimulus. incitatio.ſ.laudare adoleſcentes:uñ Fab.optat ſibi dari pueꝶ:qui laudibus & gloria excitať.ná laudibus haud minus q̄ ꝑmiis gaudent generoſi:& ſcripſit Plut.Spartianos uoluiſſe ab ieuntibus ſtatim annis ali quo affectionis ſtimulo ad gloriá duci:ita ut & uituparos dolor angat: & laudes ad maiora prouehant. Qua. uia ſtudioruȝ.

menta recitantis. Etenim neſcio quo pacto magis i ſtudiis hoies timor: q̄ fiducia decet. nec plura:quãquam libet plura:quo ſunt pulchriora de iuuene nobili:rariora de nobis.recitatione finita multũ:ac diu exoſculatus adoleſcẽtẽ: q ẽ acerrimus ſtimulus monẽdi:laudibus ĩcitaui:ꝑgeret q̄ cœpiſſet:lumẽq;:qđ ſui maiores ꝑtuliſſent:poſteris ꝑferret.Gratulatus ſum optimæ matri:gratulatus:& fratri:q i auditorio illo nõ minorẽ pietatis gloriá: q̄ ille alter eloquẽtiæ rettulit. tã notabiliter ꝑ fratre recitante primum metus eius: mox gaudiũ eminuit.dii faciant:ut talia tibi ſæpius nũciẽ.Faueo.n.ſæclo: ne ſit ſterile:effœtũ: mireq; cupio ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrũ: niſi imagines hẽant. quæ nũc hos mihi adoleſcẽtes tacite laudare:adhortari:& qđ amboꝶ gloriæ ſatis magnũ ẽ:cognoſcere uidẽť.

C.Plinius Macro. S.

BEne eſt mihi: quia tibi bene eſt. habes uxorem tecum:habes filiũ: frueris mari: fontibus: ruribus: agro: uilla amœniſſima. Neque enim dubito eſſe amœniſſimam: in qua ſe compoſuerat homo felicior: antequam feliciſſimus fieret. Ego in Thuſcis: & uenor: & ſtudeo:quæ interdum ſimul facio:nec tamen adhuc poſſum pronunciare:utrum ſit difficilius capere aliquid:an ſcribere. Vale.

C.Plinius Paulino.S.

Lumen.decus:famá: ſplendorem. Maiores ſui prætuliſſent. fuit Calphurnia domus utroꝶ geſtis miꝶ in modũ celebris: ná.C.Piſo Calphurnio gñe ort⁹: ac mltas inſigneſq; familias paterna nobilitate cõplexus: claro apud uulgũ rumore erat:per uirtutẽ aut ſpecies uirtutis ſimiles: nanq; facundiaȝ tuendis ciuibus exercebat. hæc Tacitus lib.xv.fuit & Calphurni⁹ Piſo uictis in Sicilia fugitiuis ꝑclarus: ut ſup Calphurniæ domus ſplẽdore omittamus Liuiũ:Plut.ac alios.& q̄q̄ de nobilitate Piſonũ multa ꝑdiximus quædá tñ addá: nam Valerius Max.li.iiii.ca.de cõſtantia.C.Piſonẽ conſulẽ laudat.L.Piſonẽ hiſtoricum Liui.Diony.Plut.citant. &.P. Piſo orator & conſularis de Hiſpania triũphauit .M. Piſonẽ tradit Cic.græca doctrina doctiſſimum omniũ:qui ante fuerunt.item.L.Piſo tr.pl.legem primus de repetundis tulit: orationes reliquit: multarum legum ſuaſor ac diſuaſor fuit:alius .L. urbis cuſtos: & ſtudioꝶ liberalium antiſtes: ad queȝ & eius fratrem Horatius ſcripſit poeticá.Auguſtus graui morbo preſſus nullũ ſibi ſucceſſorem declarans Piſoni exercitus & publicos redditus in libello ſcribẽs dedit.Celius Piſo conſul cum Rubrio Gallo ſub Traiano tradente iuriſconſulto.ff.xl.de fideicommiſſariis libertatibus:fortaſſe Calphurnii frater. Pietatis.amoris in fratrẽ. Ille alter.Calphurnius Piſo. uulgaris locutio ille alter: qua Secund⁹ alibi eſt uſus illam alteram dicens: ꝙ expoſtulat ſtilus epiſtolaris. Metus.dum incertus erat:qđ cenſuri eſſent auditores de ſcriptis fratris. Gaudiũ.poſtq̄ uidit recitata laudari. Eminuit.apparuit manifeſto. Sæculo.noſtris temporibus. Sterile.rude.imperitum:infructuoſum circa litteras. Effœtum. inutile.idem ꝙ ſterile. Imagines.maioꝶ illuſtrium: quas ſolebant locare i atriis ſuper tabulino: & i funeribus ſuoꝶ producere. Hos adoleſcentes.Piſones fratres.Cognoſcere.ueros ſuos nepotes.

Calphurnia dõus

Piſonũ nobilitas

BEne.Marco congratulať ꝙ in ſeceſſu Tarentino multis fruať cõmoditatibus:ſe uero in Thuſcis ſcribit uel uenari uel ſtudere. Quia tibi.ná oĩa amicoꝶ cõmunia ſiue bona: ſiue mala. Mari.ad qđ uilla ſita fuerat. Ruribus.circũuicinis.legiť etiam uitibus:ad hæc in quibuſdam codicibus ſcriptũ uidimus. Viribus.ideſt ꝓſpera ualitudine. Felicior.Nerua:quẽ cũ Orphitus & Rufus ad iperiũ uocari dicerent: eos Domitianus parataꝶ contra ſe inſidiaꝶ inſimulans in inſulá deportauit:Neruá quoq; Tarentũ ſecedere iuſſit:ubi tanq̄ uitá tranſacturus ociũ ſuũ diſpoſuerat: q̄q̄ Apollonius ei prædixiſſet oino imperatuꝶ. Felicior.comparatiuũ maius ſignificatũ habens ſuperlatiuo.uult.n.oſtendere uitam Neruæ priuati fuiſſe beatiorem: q̄ poſtq̄ princeps eſt creatus. Feliciſſimus. ĩperator maxius & auguſtiſſimus. Simul.eodẽ tempore:ad Tacitũ ſcripſit ſe cœpiſſe tris apros:& inter uenandum plura ſcripſiſſe. Difficilius.quia utrunq; delectabile.an quia magni laboris.

Zoſimus

Ideo. Petit ut Paulinus uillam ſuā cōmodet liberto Zoſimo donec curatus ſit a tuſſi: quam recitando contraxerat:& inde ſanguinē euomuerat. erat aūt recitator bonus:& litteratus cithara callens:& dn̄o ſuo multa præſtans officia: eius memoria adhuc Comi extat ī tēplo diui Andreæ tribus uerbis notata ZOSIMVS CONIVGI INCOMPARABILI. pariter Veronæ legimus Zoſimum Viriatium extantem in curru triumphali. Zoſimum Alexandrinum & philoſophum & alium Gazæum ſiue Aſcalonitam declamatorem recitat Suidas. ad zoſimum primatē ſcripſit in epiſtolis Aeneas rhetor.

Ideo q̄ molliter tuos habeas: quo ſimplicius cōfitebor tibi: qua īdulgentia meos tractē. Eſt mihi ſemper in aio Homericum illud. ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος αἰέν. & hoc noſtrum paterfamiliæ. ꝙ ſi eſſem natura aſperior:& durior frāgeret me tn̄ infirmitas liberti mei Zoſimi: cui tanto maior humanitas exhibēda ē: quāto nunc maior uenit debilitas ægrotanti. eſt homo probus:& officioſus:& litteratus. Et ars quidē eius:& quaſi inſcriptio comœdus: in qua plurimum facit. nā ꝓnunciat acriter: ſapienter: apte: decenter: etiam utitur cithara perite ultra q̄ Comœdo neceſſe eſt. Idem tam cōmode orationes: & hiſtorias:& carmina legit: ut hoc ſolum didiciſſe uideatur. Hæc tibi ſedulo expoſui: quo magis ſcires q̄ multa unus mihi:& quā iucunda miniſteria præſtaret. Adcedit longa iā charitas hominis: quam ipſa pericula auxerunt: eſt enim natura comparatum: ut nihil æque amorē incitet: & accendat q̄ carendi metus: quē ego pro hoc nō ſemel patior. nā ante aliquot annos dū intente: iſtanterq; ꝓnūciaret: ſanguinē reiecit. atq; ob hoc i ægyptū miſſus a me poſt longā pegrinationē cō

Molliter. benigne. humane. Habeas. tractes. ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος αἰέν. ſocer autem pater q̄ mitis erat. ſumptu; ex ultimo iliados: ubi Helena conqueritur Priami filios ſibi aliquando infenſos extitiſſe: ſocerum uero Priamum ſemper ſe mitem præſtitiſſe memorat. Hoc noſtrum paterfamiliæ. reſume ſemper in animo eſt. Noſtrum. patronorum proprium: an quia romanum eſt uocabulum. na; paterfamiliæ ideo appellatus: ꝙ curare debet familiam ea manſuetudine: qua ſi pater eſſet. Aſperior. immitior. Frangeret. moneret ad lenitate;.

Quāto nūc maior uenit debilitas ægrotanti: eſt homo probus. in ſecunda lectione fuit quanto nūc maior uenit debilitas. iam angitur homo probus. fuit tertia ſcriptura non abſurda quanto nunc utilior humanitas ægrotanti. Probus. bonus quaſi probatus: ſicut improbus malus.

Officioſus

Officioſus. qui ſe immiſcet officiis iuuandi gratia. & non officioſus: ideſt quietus & domi reſidens. interdum pro eo ꝙ nocet intelligimus officioſum ab officiendo Mart. omnes perſequeris prætorum Cotta libellos: Accipis & cæras: officioſus homo es. apud Apuleium in primo aſini. aduentores priſtinos in fece ſubmiſſus officioſis rōcis raucus appellat.

Litterat⁹

Litteratus. litteris excultus. Apuleius. x. dn̄s ædiū habebat iuuenem filiū probe litteratum:& per id conſequenter pietate modeſtiaq; præcipuum. Tranquil. de grāmaticis: ſunt qui diſtingunt litteratum a litteratore: ut græci grāmaticum: & grāmatiſtam:& illū quidem abſolute: hunc mediocriter doctū exiſtiment: quoꝝ opinionem etiā Orbilius exemplis confirmat: nā apud maiores ait: cum familia diutius uenalis produceref. ne non temere quem litteratum in titulos: ſed litteratorē inſcribi ſolitum: quaſi non perfecte litteris imbutum. Apuleius tn̄ nono litteratum pro ſeruo inſcripto uſurpauit: frontes inquit litterati nam notis in fronte quibuſdā inſcribebāf. Eius. propria. Comœdus. comœdiæ actor. Inſcriptio. nam uenales ſerui ſcriptis monſtrabantur ī qua præſtarent arte. Facit. excellit. Apte. accōmodate: ut uox conueniat ei rei: quā agit.

Cithara

Cithara. dicta παρὰ τὸ κινεῖσθαι. ꝙ facile moueatur: aut ꝙ auditores in amorem moueat. Seruius teſtudinem dictā credit: eſt autem uocabulum græcum:& pro lyra a Suida interpretatur. Apuleius ſecūdo floridoꝝ. cithara baltheo celata apta ſtructim ſuſtineſ: manus eius tenera procerule leua diſtantibus digitis neruos mouet: dextra pſallentis geſtu ſuo: ſabulū citharæ admouet ceu parata percutere cū uox in cantico interquieuit.

Comœdus itercinit

Quā comœdo neceſſe eſt: nā inter actus comœdiaꝝ concinebaſ: ꝙ Hor. in arte ꝑcipit ut opportune fiat. neu qd medios intercinat actus: Quod nō ꝓpoſito conducat. & mox: Tibia nō ut nūc oricalcho iuncta: tubæq; Aemula: ſed tenuis: ſimplexq; foramie pauco Aſpirare & adeſſe choris erat utilis. Diomedes. pantomimus:& choraules in comœdia canebant inter actores comœdiaꝝ ꝓ facultate: & arte potiores principatū ſibi artificii uendicabant. inſuper legius Flaccū modulaſſe tibiis terentianas comœdias. Legit. recitat. Sedulo. diligēter. Iucūda. mihi grata. Charitas. amor. Cōparatū. datū. cōſuetū. Hoc. zoſimo. Semel. nūc. Intente. acriter: alte. In Aegyptū. ubi zoſimus natus erat: iō remittebatur in patriam & ad ſuos: cum ualetudinarii curentur mutatione aeris præſertim ſi transferantur in conſuetudinem prioris uictus:& cœli: ſic enim reſtituuntur ueluti nutrici ac parenti. alioquin Aegyptius aer purior

& minus peſtilens:inde multitudine hoium fere cæteras orbis partes ſuperauit. authores ſunt Diodorus:& Ioſephus. Confirmatus.liberatus:curatus. Imperat uoci.nitiſ ſupra uires enunciare. Tuſſicula.parua:& modica tuſſi. Veteris infirmitatis.reiectionis ſanguinis. Prædia.quæſtio eſt fondus a poſ- Fondus
ſeſſione uel agro uel prædio quid diſtet:fondus eſt oẽ qcqd ſolo continetſ.ager eſt ſpecies fondi:quæ ad Poſſeſſio
uſum hois cõparatur.poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat:quicquid.n.apptæhendimus:cuius pro- Ager
priet as ad nos nõ ptinet:hoc poſſeſſioné appellamus:poſſeſſio ergo uſus eſt:ager proprietas loci eſt:pdi Prædiũ

firmatus rediit nuper. Deinde dum per continuos dies imperat uoci ueteris infirmitatis tuſſicula admonetur: rurſus ſanguinem reddidit: qua ex cauſa deſtinaui eum mittere in prædia tua: q̃ Foroiulii poſſides. Audiui enim te ſæpe referentem eſſe ibi aerem ſalubrem:& lac eiuſmodi curatiõibus accommodatiſſimum. Rogo ergo ſcribas tuis:ut illi uilla:illi domus pateat: offerant ẽt ſumptibus eius:ſi quod opus erit: erit autem opus modico. eſt enim parcus:& continens: ut non ſolum delitias:uerum etiam neceſſitates ualitudiniſ frugalitate reſtringat. Ego proficiſcenti tãtũ uiatici dabo: q̃tũ ſufficit:& eunti ĩ rura tua.

C. Plinius Vrſo. S.

Terum Bithyni poſt breue tempus a Iulio Baſſo:ẽt Rufum Varenum ꝓcõſulẽ detulerunt: Varenũ: quem aduerſus Baſſum aduocatũ:& poſtularãt:& acceperãt. inducti in Senatũ ĩqſitioné poſtulauerũt. Tũ Varenus petit: ut ſibi quoq; defenſiõis cã euocare teſtes liceret

um utriuſq; ſupraſcriptæ rei generale nomen eſt:nam:& ager:& poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.hæc Modeſtinus:& præter eum Aſconius prædia ĩquit ſũt res ipſæ.prædes homines ideſt fideiuſſores:quorum res:bona:prædia non uno nomine dicuntur.Iuſtinianus in Inſt.prædia omnia ædificia urbana appellamus:& ſi ĩ uilla ædificata ſunt. Foroiulii. Foroiuliẽſes cognomine Concubienſes locat Plini. Forũiulii
in ſexta Italiæ regione:quæ Vmbriam:.& agrum gallicum circa Ariminum complectitur:de quibus nunc loquitur Secundus ſcio tamẽ Strabonem nauale Cæſaris Auguſti:quod Forumiulii uocant poſuiſſe inter Olbiam & Antipolim:ut diſtet a Maſſilia ſtad.ſex milib⁹:& Ptolemæum Forũiulii in Hiſtria:ſed diuerſa oppida eodem nomine appellata quis neſcit?nam:& Pli. Forumiulii in Hiſpania refert. Lac.tuſſi Tuſſi
per hyemem locis maritimis:per æſtatem remedia
locis mediterraneis opus eſt. tuſſiẽtem minime op; lectione uti ueheméti: ut iis in tuſſi peregrinatio eſt: cibus ut lac in allio coctũ,magis terreri põt aliqs cũ ſanguinẽ expuit:ſed id mõ min⁹:mõ pl⁹ piculi hẽt: exit.n.mõ ex gingiuis:mõ ex ore:& copioſe:nonnunquam autem is a ſummis faucibus fertur:aut ore uenæ alicuius adaperto: aut tuberculis quibuſdam natis:& ex his ſanguine erumpente:aliquando gutture:& arteriis exulceratis frequens tuſſis ſãguinem extundit.interdum etiam fieri ſolet:ut aut ex pulmone: aut ex pectore:aut ex latere:aut ex iocinore feratur.ptæter a Celſo prædicta:Plini.ad exulcerationem ſtomachi lactis aſinini potus item bubuli plurimum prodeſt. lege plura libro.xxvi.capi.v.&.xxviii. capi.x.apud eundem. Neceſſitates ualitudinis.quæ neceſſaria ſunt ualitudinario. Reſtringat.amputet.minores faciat ideſt abſtineat a neceſſariis. Ego.ſenſus eſt.dabo ei tantum nummorum quãtum opus erit in uia:nam domi tuæ nihil opus erit:ergo nihil ulterius addam.

Terum.accuſauerant Bithyni Iulium Baſſum repetundarum:qui in ea prouincia proconſulatum geſſerat:contra quẽ a ſenatu ĩpetrauerant aduocatum Rufum Varenum:is poſtea fortitus eandẽ ꝓuinciã repetundaꝝ pariter re⁹ fit.pro Vareno ægit Secundus:cui cõtradixit Fõteius græcus hõ.conceſſa eſt Bithynis inquiſitio:& Vareno poſtulatio. A Iulio Baſſo. lib.iiii. legimus Iulium Baſſum reũ fuiſſe repetundaꝝ ſub Traiano ꝙ prouinciã Bithyniam expillaſſet:ſed illic ſcriptum:Pomponium Rufum aduerſus Baſſum ægiſſe:nunc uero Rufum Varenũ:niſi mallimus intelligere appellatũ Põponium Rufũ Varenum. A Iulio Baſſo.poſt accuſationẽ Iulii Baſſi. Detulerunt. accuſauerunt:apud ſenatum. Proconſulem.Bithyniæ. Varenum.dico illum Varenum:nam erant in urbe alii eiuſdem appellatiõis: & repetitio talis reficit auditorem:& magis rem declarat. Acceperant. impetrauerant a ſenatu:a quo diximus aduocatos peti ſolitos. Inquiſitionem.inquiſitio eſt alicuius cri- Inqſitio
minis manifeſti ſaltẽ per famã ex bono:& equo iudicis cõpetentis facta inueſtigatio:nam cum in ius uẽtum erat dicebat accuſator reo:ꝙ iniuriam prouincialibus fecerat:ſi tacuiſſet lis ei æſtimabatſ ut uicto: ſi negaſſet:petebat accuſator a magſtatu dies inquirendoꝝ criminum. Euocare teſtes.e ꝓuincia teſtes in rẽ ſuã uocare:& expectãdũ donec in urbem uenirent.in rem nſam faciunt Taciti uerba ex libro.xiii. Pomponium inqt Syluanũ magna uis accuſatoꝝ circumſteterat:poſcebatq; tempus euocandorum teſtium ex Africa ꝓuincia:ubi ꝓconſulare imperium habuerat:ſed illico defendi poſtulabat:ualuitq; pecunioſa orbitate:& ſenecta:ſed ſicuti fauore:& gratia quorũdã Syluanus obtinuerat ſtatim ꝓnunciari:

recuſantibus Bithynis cognitio ſuſcepta eſt. ægi pro Vareno non ſine euentu: nam bene: an male liber indicabit. In actionibus enim utranq; i partem fortuna dominatur. Multum cōmendatiōis: & detrahit: & affert memoria: uox: geſtus: tēpus ipſum. poſtremo uel amor: uel odiū rei. liber offenſis: liber grā: & ſecūdis caſibus: & aduerſis caret. reſpondit mihi Fonteius Magius unus ex Bithynis plurimis uerbis: pauciſſimis rebus. mos eſt plærisq; græcorum: ut ſit illis pro copia uolubilitas: tam longas: tāq; frigidas piodos uno ſpiritu quaſi torrente contorquent. Itaq; Iulius Cādidus nō inuenuſte ſolet dicere: aliud eſſe eloqntiam: aliud loquentiam. nam eloquentia uix uni aut alteri: iam non ſumus Antonii: ut credamus

ita iure Varenus impetrauit ut poſſet euocare teſtes. Recuſantibus. nollentibus ut euocaret teſtes contra obiecta crimina. Cognitio. diſcuſſio: examinatio. Suſcepta. a ſenatu. Aegi. dixi cauſam. Euentu. bono: & malo. nam: & Vareno conceſſum eſt teſtes euocare: & Bithynis data fuit inquiſitio. **Fortuna dñatur** Fortuna dominatur. domina eſt: & plurimum poteſt. Fortūæ oīa Tullus rex aſcripſit. exoculata ab Apuleio dr̄: nā uaga: inconſtans: incerta: uaria: indignorumq; fautrix: huic omnia expenſa: huic omnia ferūtur accepta: ſola laudatur: ſola arguitur: & in tota ratione mortaliū ſola utranq; paginā facit. μηδὲν ανευ τυχισ. ideſt nihil ſine fortuna dixit Pauſanias in primo: & Saluſtius. ſed profecto fortuna in omni re domīatur: hiſtorici autem plurimum in bello poſſet tradiderūt. Vtrāque. accuſatoris: & rei. Commendationis. laudis in actionibus. Memoria. ſi mala fuerit: detrahit: ſi tenax affert. Temp[9]. ſi in opportunum. Amor rei. cauſa: quæ agitur an grata iudicibus. quare non abſurde Cæſar apud Saluſtium ſuam orationem ſic orditur omnes homines patreſcōſcripti: qui de rebus dubiis conſultant ab odio: amicicia: ira. atque miſericordia uacuos eſſe decet. Liber. oratio mea quæ nullis affectibus tangitur: nulla etiam fortuna mouetur: ſiue bona: ſiue mala. **Fonteius Magius** Fonteius Magius. aduocatus græcus a Bithynis in ſenatum ductus: cui[9] ſit mentio ab eodem libro ſeptimo. Plurimis uerbis. pauciſſimis rebus. ſecutus eſt Ciceronem in oratore dicentem. uerbi cōtrouerſia tā diu torquet homines græculos contentionis cupidiores: q̄ ueritatis: & declaris oratoribus: aſiaticis quibuſdam oratoribus fuit genus orationis non tam ſententiis frequentatum: q̄ uerbis uolucre: ut Aeſchilo Gnidio ac Mileſio Aeſchini: quibus erat admirabilis orationis curſus: erudita ſententiarum concinnitas non erat. neque inſcitia illius: cui res non ſuppetant: uerba non deſint: laudanda eſt: quorum ſi alterum ſit optandum: mallim equidem indiſertam prudentiam: q̄ ſtultam loquacitatem. (**Græcoꝝ loquētia**) Volubilitas. ſermo rotatus: facilis circumductio: currens oratio. **Periodus** Periodos. in lectione: plena ſententia periodus dicitur: cuius partes ſunt commata: & cola: ſit autem in extrema clauſula: nec longior eſſe debet: q̄ ut uno ſpiritu proferatur: modum eius Cicero quattuor ſenariis pedibus terminauit: unde libro nono Secundus data opera longiorem periodum fecit: ut oſtenderet ſe Tacito inferiorem: nonnulli duo illius genera eſſe dicunt: unum ſimplex cum ſenſus unius longiore ambitu circumducitur: alterum q̄ conſtat ex membris ſiue inciſis: quod plures ſenſus habet. ut: aderat ianitor carceris: carnifex prætoris. adhæc Fabius ſic diſtinguit. at illa connexa ſeries tres habet formas: inciſa: quæ commata dicuntur: membra: quæ cola: periodon: quæ eſt uel ambitus uel circumductum: uel continuatio: uel concluſio: nam M. Tullius periodo plurima nomina dat: ambitum: circuitum: compræhenſionem: continuationem: circumſcriptionem. Frigidas. ſine neruis: quibus ſi ſtrepitum dempſeris nihil boni reſtabit: uel rigidas. duras. Vno ſpiritu. quo periodon compræhendi præcipit. M. Tullius. Contorquent. iaculantur tanq̄ telum aliquod in aduerſarium. ſic Iuuenalis de enthymemate: & curtum ſermone rotato Torqueat enthymema. **Iulius Veſpro. Cādidus** Iulius Candidus. Iulius Veſpronius Candidus: qui conſulatum cum Quadrato geſſit quo tempore Adrianus tribunatum. pl. hic poſtea miſſus eſt Iulius a ſenatu legatus ad Septimiū Seuerum: qui in Syria cum exercitibus: quibus præerat a Iulio deſciuerat. erat autem Candidus uetus conſularis olim militibus inuiſus ob duꝝ: & ſordidum imperium: candidi uxorem tanq̄ adulterā poeta Martialis epigrāmate momordit. Iulio Candido reſcripſiſſet diuū Pium memorat Vlp. ff. xlviii. titulo de accuſationibus. **Eloquentia Loqntia** Nō inuenuſte. elegāter: urbane: ſcire. Aliud eſſe eloquentiā: aliud loquentiam. Valerium probum grammaticum illuſtrem refert Gellius ſaluſtianum illud ex Catilinario ſatis eloquentiæ: ſapiētiæ paꝝ: breui anteq̄ decederet: ſic legere cœpiſſe: & ſic a Sal. relictū affirmaſſe: ſatis loquētiæ: parum ſapiētiæ: q̄ eloquentia cum inſipiētia minime conueniret: nam alibi idē Saluſtius dixerat: loquax magis q̄ facundus. Eloquētia. ornatus uerboꝝ ſententiarūq; cum prudentia. iſ. n. eloquens eſt: qui cum ſapiētia dicit humilia ſubtiliter: & magna grauiter: & mediocria temperate. nā cū orator ſit uir bonus dicēdi peritus: īpoſſibile eſt eū eſſe oratorem: qui imprudenter dicit. Alteri. duobus contigit. poſſumus intelligere Demoſthenē: & Cic. Non ſumus Antonii. M. Tullius primo de oratore refert. M. Antonium cui uel primas eloquentiæ partes ſuperiorum tribuerat ætas uiꝝ natura peracutum: & prudentem in eo libro:

quem unum reliquit diſertos ſe uidiſſe multos:eloquêtem oíno neminem.inſidebat uidelicet in ei⁹ mẽ te ſpecies eloquentiæ:quam cernebat aío:re ipſa non uidebat.uir autẽ acerrimo ingenio(ſic.n.fuit)mul ta:& in ſe:& in aliis deſiderans neminẽ plane:qui recte appellari eloqoens:poſſet uidebat.eũ uero ſtatue bat diſertum:qui poſſet ſatis acute atq; dilucide apud mediocres hoies ex cõmuni quadam opione ho minum mirabiliter dicere:ſed eloquentẽ:qui mirabilius:& magnificentius augere poſſet: atq; ornare q̃ uellet:oẽſq; oium rerum:quæ ad diſcendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. uerum Diſertus
Secundus fatetur non eſſe eius ſententiæ cuius Antonius:ut putet neminem eloq̃n tem:nam inquit non ſumus Antonii. Nemini.contigiſſe eloquentiam. Loquentiam.diſertam facũdiam ſine prudẽ tia. Impudẽtiſſimo cuiq;.quid.n.tam furioſum q̃ uerborum uel optimorum atq; ornatiſſimoꝝ ſonitus inanis:nulla ſubiecta ſententia:nec interdũ ſcientia? uideas quoſdã ſcatere uerbis ſine ullo iudicii negocio cum ſecuritate multa:& profunda: ut loquentes plærunq; uideanť loqui ſeſe neſcire:quare Therſiti audaciſſimo uerba ἀμετρα Homer⁹ attribuit:& Eupolis uetus poeta conſignatiſſime id genus hominom rettulit. λαλειν ἀριστος: ἀδυνωτατος λεγειν.i.blatterare optimus:dicere ineptiſſim⁹.hæc ſumpta partim ex oratore.M.T.partiꝫ a Gellio.addo Euripidẽ in Hippolyto malos dicere populo uideri eloquẽtiores.οἱ γαρ ἐν σόφοις φαυλοι παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν. Calide.aſtute. Acriter. intenſe. δεινως. Culte.uerbis ornatis. Contra.Homulum dixit. Preſſe.emuncte:ſtricte. Forma modus.ſcilicet nullam mentionem facere ut Vareno liceret teſtes euocare.

nemini.hæc uero quam Candidus loquentiam: appellat:multis:atq; etiam impudentiſſimo cuiq; maxime contingit.Poſtero die dixit pro Vareno Homolus callide:acriter:culte:cõtra Nigrinus preſſe:grauiter:ornate.cenſuit Acilius Rufus cos.des.inquiſitionem Bithynis dandam:poſtulationem Vareni ſilentio præteriit. hæc forma negandi fuit.Cornelius Priſcus actoribus q̃ petebant:& reo tribuit:uicitq; numero.Impetrauimus rem negligẽter compræhenſam: nec ſatis ſubſiſtentem:iuſtam tamen:quare iuſtam nõ ſum epiſtola executurus:ut deſideres actionem.nam ſi uerum eſt Homericum illud. τῷ οὔτι χρη μυθον ὀφελλειν.apud te prouidendum eſt mihi:ne gratiam nouitatis:& florem:quæ oratiunculam illã uel maxime commendant:epiſtolæ loquacitate perdam. Vale.

C.Plinius Rufo.S.

DEſcenderam in Baſilicã Iuliam auditurus:quibus proxima cõperendinatione

Cor.Priſcus.conſulum deſignatorum unus apud qoem Secundus luxit obitum Valerii Martialis. Actoribus.accuſatoribus Bithynis. Quæ petebant.inqoiſitionem. Reo.Vareno facultatem teſtium euocandorum. Vicit numero. ſentẽtia Priſci comprobata eſt a maiori ſenatorum parte. Rem.ut liceret teſtes euocare. Cõpræhenſam.approbatam:intellectam a ſenatoribus. Subſiſtentem. probabilem. Iuſtam tñ.conſiſtentẽ:nam erant perſonæ:& res notæ:ergo cauſa cõſiſtebat:ſed uix ſubſiſtẽtem dixit:q̃a ex altera parte rõnes erant ualidiores ad faciendam fidem:ꝗ optime Hermogenes:& eũ ſecutus Fortunatianus in primo rhetoricoꝝ tractant. Executurus.dicturus. Actionem.orationẽ quã pro Vareno dixi. τῷ:οὔτι χρη μυθον ὀφελλειν.iccirco:nullo modo oportet ſermonem augere.uerba Patrocli ad Merionem ex.xvi.Iliados. Nouitatis gratiam.quia noua magis placẽt. Florem.muſteum decorem.illibatam lectionem:pulchritudinem. Quæ.duo. Loquacitate.ſi ſummã totius orationis longa epiſtola compræhenderem. Perdam.nam non tanq̃ nouam legeres illam.

DEſcenderam:dicturi erant aduocati apud centumuiros:ad quos audiendos Secundus conuenerat:ſed Licinius Nepos iudicia ſoluit edicto monens ut ſenatuſconſultum ſeruaretur:quo cauebatur:ne quis ante actionem pecuniam acciperet uel paciſceretur: quod Nepotis factũ a quibuſdam repræhendebatur:ab aliis laudabatur. Deſcenderam.ab Aeſquiliis loco edito ubi domum habuit. Baſilicam Iuliam.in qua iudicia publica: & priuata conficiebantur. relege a nobis prænotata. Proxima comperendinatione.actione:quam primum eram acturus.comperendinatio enim utriuſque partis actio.ſecundum alios comperendinatio eſt ſecunda actio.item comperendinatio eſt ab utriſque litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem: nanque cum in rem aliquam agerent litigatores:& pœna ſe ſacramenti peterent:poſcebant indicem:qui dabať poſt trigeſimum diem: quo dato: deinde inter ſe comperendinum diem denunciabant:ut ad iudicium uenirent:quo cum eſſet uentum antequam cauſa ageretur:quaſi per indicem rem exponebant:quod ipſum dicebatur cauſæ coniectio:quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio:ſecundũ alios inter cõperẽdinatiõem & ampliationẽ hoc intereſt:ꝙ cõperẽdinatio ex una tãtũ repetitur parte:cum ante iudex nõ intelligeret ut oino ſuadebať.iudices ſi bona cã abſoluebant eam:ſi mala nõ ſtatim dãnabant.ſed hac excuſatione

Cõperendinatio

Cauſæ cõiectio

Ampliatio

parcebant:nam cum condemnandi nota eſſet.c.littera.K.abſoluendi:ampliandi ſignum.N.L.ꝙ ſignificabat non liquere:inde ampliatio naſcebatur.hæc Aſconius.Tacitus comperendinationes liberas olim fuiſſe memorat.poſtea reſtrictæ ſunt legibus:nam tertia actione inquit Cicero : ut his ludorum diebus interpoſitis nemo iſtum comperendinatum:iudicaret.adimo enim comperendinatum : ꝙ habet lex in ſe moleſtiſſimum bis ut cauſa dicatur:uerum ut opinor Glaucia primus tulit:ut comperendinaretur reus.antea uel iudicari primo poterant:uel amplius pronunciari:alibi Secũdus dixerat. leges tot horas: tot dies:tot comperendinationes largiuntur.

reſpondere debeam.ſedebant iudices:Centumuiri uenerant:obuerſabantur aduocati : ſilentium longum.tandem a Prætore nuncius.dimittuntur centumuiri.eximitur dies me gaudente: qui nunquam ita paratus ſum:ut non morer cauſa dilationis.Nepos prætor des.qui legibus quærit: propoſuerat breue edictum:admonebat accuſatores:admonebat reos executurum ſe quę.S.C. continerentur.Suberat edicto Senatuſconſultũ hoc.Omnes:quiſquis negocium haberet:iurare prius:q̃ agere iubebantur:nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe:promiſiſſe:cauiſſe: his eñ uerbis:ac mile præterea:& uenire aduocatiões: & emi uetabatur: peractis tamen negociis permittebat pecuniam dumtaxat .x. milium dare. hoc facto Nepotis commotus prætor : qui centumuiralibus præſidet deliberaturus:an ſequeretur exemplum:inopinatum nobis ocium dedit: interim tota ciuitate Nepotiſ edictum carpitur: laudatur.multos inuenimus:qui cuncta corrigerent:quid ante hunc prætores non fuerunt? Quis autem hic eſt? qui emendat publicos mores? alii cõtra:rectiſſime fecit initurus magſ̃atũ

Iudices.ſorte ducti. Cẽtumuiri numero centum octuaginta:tot enim quattuor tribunalibus ſcribebantur. Obuerſabantur aduocati.ſimul aderant aduocati:legitur etiam obſeruabãtur ſcilicet ab aduocatis:& auditoribus. centumuiri uenerabantur:nam obſeruatio ad honorez

Obſeruare

refert:& in duabus rebus eſt:aut obſeqo: aut ſpeculando.alias obſeruatio eſt callida:& diligens annotatio.deinde ſequitur.

Aduocatis ſilentium longum.ſcilicet fuit donec prætor adueniret. Nuncius.aduenit.diſſolutio.exornatio:quæ coniunctionibus uerboruz e medio ſublatis:partibus ſeparatis effertur. Eximitur dies. interdictum eſt eo die litibus : ut iudiciis uacarent:ſic enim diez credit eximi:'cum iuſtitium indicitur:& iura ſilent. Parat⁹. ad dicendum. Morer.deſiſtam a cauſis agendis. Nepos.Licinius Nepos. Legibus quærit.ſecundum leges cognoſcit:nã ius cognoſcẽdi authore Pediano erat apd prætorem:& Paulus de regulis iuris inqt ubicũq; cauſæ cognitio eſt:ibi prætor deſideratur:iudicandi uero ius apud equites fuit.prætor autem urbanus iuridicundo præerat:& in poteſtate habebat omnium

Edictũ

iudicum tabellas. Edictum.edicta prætoris ſunt:dictatoꝝ etiam : imperatorumq; authore Dionyſio in ſuis antiquitatibus: & Lampridio hiſtorico:adhæc Secũdo dicente edictũ Auguſti:& Traiani:& Martiale Domitiani.edicimus enim quod iubemus.& uni generi edicimus:ſecundum Donatum: & præcepta præceptioneſq; iuſtorum:& iniuſtorum romani edicta uocãt: ut:quidam ſcribunt.propter eam:quæ tunc fiebat:dictionem:in qua diffinitione complectuntur interdicta:quibus uetatur aliquid fieri.

Interdictum

Senatuſconſulto.quod ſupra principis librum dixerat : decretum a ſenatoribus referente Traiano. Suberat. ſubſcriptum fuerat. Senatuſconſultum . quo reducebatur ne quis ob cauſam orandam pecuniam acciperet. Negocium.cauſam:litem. Agere.ante litem conteſtatam iurare cogebantur. Cauiſſe.aliqua cautela prouidiſſe ut aduocatus pecuniam haberet. His.prædictis. Mile.aliis innumeris. Venire.uendi ab aduocatis. Emi.a litigantibus. Peractis negociis.finitis controuerſiis. Decem milium.ſecutus eſt Nepos exemplum Claudii:quem legimus apud Tacitum poſuiſſe modum aduocatis pecuniæ capiendæ uſq; ad dena ſextertia:idem enim quod decem milia nummum.quæ egreſſi repetundarum tenerentur. Qui centumuiralibus præſidet. decem enim & octo prætores fuiſſe in urbe alibi probauimus:centumuiralibus igiſ cauſis unus præerat. Deliberaturus.ſpacium ad deliberandũ ſumpturus. Sequeretur exemplum.faceret idem quod Nepos. Inopinatũ ocium.inſperatam ab agendo uacationem. Carpitur. quibuſdam tanq̃ nimis ſeuerum a nõnullis laceraſ. Laudatur.a plæriſq; tanquaz honeſtum:& utile:nam ut in ſenatu:ita in ciuitate hominũ iudicia diuiſa ſunt. Cuncta.corrigerent.uniuerſum edictum repræhenderent:& arbitrarentur permittendum unicuiq; dare:& accipere pro aduocatione quantũ libuiſſet. Quid.dicentes. Prætores ſeueri.q ſi hoc fuiſſet faciundum ipſi prius feciſſent. Hic eſt.amara ironia:perinde ac ſi dicerent num Cato? nũ Fabritius? num Fabius? Contra. dicunt:laudantes Nepotis factum. Initurus magiſtratum. geſturus prætoris officium:ex quib⁹ apparet in præcedentibus emendate legi:Nepotem prætorem deſignatum.

Iura recognouit.Pomponius Iuriſconſultus aſſerit prætoré habuiſſe facultatē adiuuandi uel ſupplendi uel corrigédi ius ciuile. Nouiſſimas.imenſas:ultra modū. Turpiſſime.p quæſtū ná accuſatoriá uitaꝫ uiuere:& ad defendédos reos p̄mio duci ,pximū latrocinio eſt.paciſcédi qdē ille pyraticus mos:& iponē tiū piculis p̄cia:pcul abominádá negociatio:ēt a mediocriter iprobis abierit. Ré pulcherrimá.p̄ocini um.orádi maieſtatē:qua nihil dii ímortales melius hoí dederūt:& qua remota muta ſunt ola.illa nihil í urbe uel ad utilitaté fructuoſius:uel ad dignitaté amplius:uel ad urbis famá pulchrius:uel totius íperii Eloquentia

TOllite.gloria:ut ſe ægiſſe apď Cẽtumuiros pro Actia Variola in magna auditorum corona:& uario euentu. præmittit igiſ amico Ro.qcqd i cã acciderit:& artes ſuæ orõnis detegit: quã refert a quibuſdã cõpari ei:quã dixit Demo.pro Cteſiphonte:iudicemq; huius Romanum facit. Tollite cuncta inquit.carmẽ ex.viii.Aeneidos ubi Vulcanus Aeneæ fabricaturus arma iubet ut Cyclopes:quæ in manibus habebãt: deponerent: cum magis urgentia forent elaboranda. Illi.uulcani miniſtri Brontes: & Steropes: & nudus membra Pyragmon. Arma diuina.ſumma & Vulcani iuſſu decocta in manus acceperunt. Nũ ſupbius potuiſ loqui de me & rebus meis: cum me Vulcano:mea uero ſcripta comparem diuinis Aeneæ armis.neque omnino iocatur cum amico:ſed ridendo putat uera dicere: nam ſequitur re uera ut inter meas orationes exiſtimo hanc pulchram. Vt inter meas.reſpectu mearum orationum: quæ non ſunt comparandæ aliorum diuinis orationibus. Certare mecum.contendere ut efficiam meliores orationes q̃ antea fecerim & non ſuperare Demoſthenem uel Ciceronẽ. Actia Variola. Sidonius Apollinaris libro.viii. (Actia Variola) ad Ruſticum ſcribens huius actionis mentionem fecit.C.Plinius inquit pro Actia Variola plus gloriæ de centumuirali ſuggeſtu domum rettulit: q̃ cum.M.Vlpio Traiano incomparabili principi comparabilem panagyricum dixit. Variam uero Heliogabali auiam Lampridius monumentis protulit. Splẽdide nata.ex equeſtri familia edita. Quam.poſtquam. Ille.pater Variolæ. Captus amore. damnandus amor in iuuene:ſed in ſene deteſtandus. Induxerat nouercam ei.ſibi uxorem in domũ introduxerat:& nouercã Variolæ. Quadruplici iudicio.apud centumuiros:ubi fiebant quattuor iudicia:& ideo erant totidẽ tribunalia.hoc indicatur non ſolum teſtimonio Secundi dicentis tot enim quattuor conſiliis conſeribunſ:ſed ẽt Fabii conteſtantis quattuor iudicia congregari moris fuiſſe apud centumuiros. Hæc tñ alibi melius enarrata. Centum & octuaginta.opinor legeñ centum quadraginta.nã primum (Cẽtumuiri quot) terni ex ſingulis tribubus iudices electi ſunt:cũ decuriæ iudicum tres tãtum eſſent:ita ut eẽnt numero cẽtũ quinq;: obtinuit tamen uſus ut centũuiri dicerentur: Varro enim in re ruſtica inqt centumuiralis

iudicii numerus non fuit ad amuſſim:ut cũ dicimus mile naues iiſſe ad Troiã.poſtea quarta decuria ab Auguſto addita:& quinta a Caligula creuit iudicũ numerus ad centũ ſeptuaginta quinq;:q̃ deinde ſublata reſtituit numerus intra centũ quadraginta:ſeruata ſemp priore appellatione centũuirorum: tam & ſi legerim apud Cic.pro Pláco.c.xxv.iudices equeſtris ordinis principes ſediſſe:niſi mẽdã illic exiſtimare uolumus.tunc.n.equitũ decuriæ tres tantum erant. Conſiliis.iudiciis:decuriis. Conſcribuntur.in ſecunda lectione fuit colligunť. Ingens utrinq;.ordo ingens corona utrinq; aduocatoꝝ:& præſtantium

cõſiliis cõſcribunť.ingens utrinq; aduocatorum numeroſa ſubſellia:ꝓſtantiũ corona latiſſimũ iudiciũ multiplici circulo ambibat. ad hoc ſtipatũ tribunal:atq; etiã ex ſupiore Baſilicæ parte: qua fœminæ:q̃ uiri:& audiedi:qď difficile:& uiſendi ſtudio iminebãt.magna expectatio patrꝫ:magna filiarũ:magna nouercarũ.Secutus ẽ uarius euẽtus.nã duobus cõſiliis uicius:totidẽ uicti ſumus. notabilis ꝓrſus res:& mira:eadẽ in cauſa:iiſdem iudicibus:iiſdẽ aduocatis eodẽ tẽpore tãta diuerſita.s.accidit caſu: quod nõ caſus uideť.uicta eſt nouerca ipſa hæres ex pte ſexta:uictus Suburranus: q exheredatus a pr̃e ſingulari ĩpudẽtia aliẽi pr̃is bona uĩdicabat:nõ auſus ſui peter̃.Hæc tibi expoſui primũ ut ex epiſtola ſcires: q̃ ex oratiõe nõ poteras:deinde(nã detegã artes)ut orationẽ libentius legeres:ſi nõ legere tibi:ſed intereſſe iudicio uidereris:quã:ſit licet magna:non deſpero gratiã breuiſſimæ impetraturã.nã:& copia reꝝ: & arguta diuiſione: & narratiũculis pluribus:& eloquendi uarietate renouať. Sũt multa(nõ audere niſi tibi diceř)elata:multa pugnãtia:multa ſubtilia.iteruẽit acribus illis:& erectis freq̃ns neceſſitas cõputãdi:ac pene calculos:tabuláq; po-

numeroſa ſubſellia ambibant latiſſimum iudicium multiplici circulo. Præſtantium. auditorum exiſtentium ante magna ſubſellia:quæ ſunt minorum iudicum ſedes: in aliquibus exemplaribus habetur præhenſantium. Latiſſimum iudicium. propter multitudinem iudicum. Multiplici circulo.denſa corona. Ad hoc.præterea. Stipatum.ſeptum auditorum frequentia. Baſilicæ.Iuliæ in qua centumuiralia iudicia agebantur: ꝙ alibi notauimus:& Mart.teſtatur Iam clamor: cẽtũq; uiri: denſumq; corona Vulgus: & infanti Iulia tecta placent. ubi decœptus iterpres iulia templa capitolium expoſuit. Qua. partim.dicendi modus ornatus: erant tamen diſcreta ſexuum loca. Quod difficile. erat ex ſuperiori parte. Et uiſendi. ꝙ facilius erat. Patrum.an exemplo huius iudicii poſſent liberos exhæredare. Filiarum. ne poſſent inſtinctu nouercarum exhæredari. Nouercarum. an liceret inſtitui hæredes a marito præteritis priuignis. Conſiliis.iudiciis. Vicimus. ſuperiores fuimus. pro nobis pronunciatum eſt. Paulus.ff.xlii. de re iudicata. inter pares numero iudices: ſi diuerſæ ſententiæ proferantur:in liberalibus quidem cauſis ſecundum ꝙ a diuo Pio conſtitutum eſt: pro libertate conſtitutum obtinet: in aliis autem caſibus: ꝙ in publicis iudiciis obtinere oportet. Diuerſitas.ſententiarum. Caſu.nam fortuna plurimũ in iudiciis dominatur. Victa eſt nouerca hoc uidetur factum contra leges quibus nunc utimur: nam Martianus.ff.v.ſi pars inquit iudicantium de inofficioſo teſtamento:contra teſtamentum: pars ſecundum teſtamentum ſententiam dederit:ꝙ interdum fieri ſolet: humanius erit ſequi eius partis ſententiam:quæ ſecundum teſtamentum ſpectauit:niſi aperte inique ſecundum ſcriptum hæredem pronunciaſſe apparebit:ꝙ fortaſſe iudices in hoc ſunt intuiti. Sexta parte.aſſis:in quem tota hæreditas diuiditur. Suburranus.filius nouercæ:& priuignus ſenis illius octogenarii.non tamen credo eundem eſſe: cuius paulo poſt fit mentio. & Spartianus refert ſub Traiano bis conſulatum geſſiſſe. A patre. ſuo uero & naturali. Alieni patris.Actiæ Variolæ:ſui autem uitrici. Sui.bona legitimi ſui patris: quæ non audebat petere: quia iure fuerat exhæredatus. Non poteras. ſcire. Artes. artificium meum: & aſtutiam: cur hæc ſim præfatus. Quam. orationem. Arguta diuiſione. ſubtili partitione: quamuis ſit aliqua differentia inter partitionem & diuiſionem.eſt autem diuiſio rerum plurium in ſingulas: partitio ſingularum in partes diſcretio. Valet diuiſio plurimum in cauſis: namq; per illam conſequimur modum & finem: & qui recte diuiſerit non poterit in rerum ordine errare. Narratiunculis pluribus. hæc oratio plures ſtatus complectabatur: unde neceſſe fuit plures habere narrationes.

Mart.loc.

Suburranus

Diuiſio.

Partitio.

Varietate.pro ut res exigebant:interdum graui:nonnunquam mediocri:quandoq; attenuato dicendi genere quotieſq; admonebatur digreſſionibus:& non intempeſtiuis amœnitatibus ab itinere diſceſſit. Renouatur. delectat tanquam noua. licet enim in medio orationis attentos auditores facere.

Elata.excelſa:grandia. Pugnãtia.acria:uehemẽtia.nam tota prope in cõtentiõe dicendi erat.eam opinor fuiſſe:quã libro primo Arrio emẽdandã miſerat. Subtilia.propter computãdi neceſſitatẽ: ꝙ facit

Mar. Tullius in Verrem ubi de Siciliæ decimis agit. Calculos tabulamq́. quibus computař ſolemus: unde libro nono apertius calculo dixit oſtendam. tabulam autem intelligit calculatoriam. Priuati. pertinẽtis tñ ad Actiã & aduerſarios:nõ ad exẽplũ. Dedimus uela ĩdignatõi.uſi ſum⁹ exaggeratiõe: & totis nixi uiribus dũ ĩdignabamur nouercas: & priuignos aliẽa iuadere. Mari.pſtat ĩ trãſlatiõe uerboꝝ cũ prius dixiſſet uela. Vẽtis.affectibus:morbus animi:ĩdignatiõe:ira:doloř:hic excedit ſtilũ epiſtolarẽ:grãdior enim eſt:& hoc ſatis elucet:q̃ ut magis ꝓbeř. Hãc oratiõem ὑπὲρ Κτησιφῶντος .i. optimam:& ſimilem ei orationi:quam Demoſthenes dixit pro Cteſiphonte.hic cum Demoſthenem coronam pro reparatione murorũ urbis Athenarum decreuiſſet Aeſchines inuidia motus Cteſiphontem accuſauit tanquam id iniuſte feciſſet: & pariter in Demoſthenẽ inuectus eſt acerrime: uerum Demoſthenes elegantiſſima & copioſiſſima oratione Cteſiphõtem defendit: & accuſatorem uicit. Vt inter meas.ſi reliquas meas orationes cõſideraueris:nam ſicut Demoſthenis pro Cteſiphonte oratio aliarum pulcherrima:ſic iſta mearũ. Iterum dicam: quia iam dixerat: ut iter meas pulchram. An uere.illi iudicẽt. Omnes.meas orationes. Cõferre. comparare alias. Hac. pro Variola.ſ.potes iudicař ex ſola lectione huius:an ſit potiſſima aliarum.

Ecte.Maximi munus gladiatorium Veronenſibus editum in funere uxoris commendat:dolet tamen Pantheras non aduenisse in tempore:ut pariter daret ſpectaculo. Gladiatorium munus. q̃ in funere illuſtrium dari populo notum eſt : tãquam lugubre ſpectaculum. Veronenſibus noſtris.in tranſpadana regione:in qua & Comum patria noſtra : ſic Brixiam libro primo appellauit ex illa noſtra Italia:uł quos patrocinio ſuo tuendos ſuſcœperat.ſic ad Sabinum Firmanos ſuos dixerat : an cum quibus propter uicinitatem : & elegantiam ingeniorum multæ neceſſitudines interceſſiſſent : nam & filiam Quintiliani quam ornandam ſuſcœperat ſuam appellauit: an quia erant Maximo neceſſitudine coniuncti : Minutio enim ſcribens dicet quo amicus tuus immo noſter uteretur.quid enim non commune amicis:nam ridiculum eſſet per hoc dicere Cæcilium Veronenſem:cum ubiq; ſe Comenſem fateatur. Suſpiceris. uenerarís. Inde.ex Verona. Funebre.lugubre:triſte: quale munus gladiatorum. Conſenſu.conſpiratione Veronenſium : ubi amphitheatrum adhuc extans ſpectaculorum gratia conſtructum. Durum.ruſticum : improbum. Egregie.feciſti. Facilis.citus. Liberalis.multis paribus datis. Aphri-

Aphricæ. canæ.pantheræ : quas Africanas dici Plinius libro octauo capitulo decimooctauo tradit. ſenatus inquit conſultum fuit uetus ne liceret Aphricanas in Italiam uehere : contra hoc tulit ad populum.Cn. Aufidius tr.pl.permiſitq; circenſium gratia importari . celeberrimæ ſunt in Aphrica : uiuacitatis adeo lentæ:ut eiectis interaneis diu pugnent.Dion in Caligula libycas feras: quas noſtri Aphricanas dicunt appellauit : & Tranqui.in uita eiuſdem teſtatur uenationem Aphricanarum datam : & in Claudio iſta refert.exhibuit : & Aphricanas conficiente turma equitum Prætorianorum Ducibus tribunis : ipſoq; præfecto. Varro libro tertio rei ruſticæ . tantum circumfluxit mox ceruorum : aprorum : & cæterarum quadrupedum multitudo : ut non minus formoſum mihi ſit uiſum ſpectaculum : quam in Circo maxi.ædilium ſine Aphricanis beſtiis cum fiunt uenationes. Præfinitum.conſtitutum. Tempeſtate.aduerſis uentis. Vt fieret accœptum tibi.ut omnes tibi haberent gratias perinde ac ſi illas dediſ-

Exhibere. ſes. Exhiberes : in ſpectaculum dares. Vlp.ff.xliii.de libero homine exhibendo.exhibere eſt in publicum producere:& uidendi tangendiq; rei facultatem præbere.proprie autem exhibere eſt extra ſecretum habere. Non per te ſtetit.tu non fuiſti in cauſa.

ſcendi:ut repente in priuati iudicii formã cẽtũuiralẽ uertatur.dedimus uela ĩdignatiõi: dedimus iræ:dedimus dolori:& ĩ ampliſſima cauſa q̃ſi magno mari pluribus uẽtis ſumus euecti.In ſumma ſolẽt quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare:hanc orationem(iterum dicam:ut iter meas)ὑπὲρ Κτησιφῶντος eſſe:an uere : tu facillime iudicabis:qui tã memoriter tenes omnes ut cõferre cum hac:dum hanc ſolam legis:poſſis.

C. Plinius Maximo. S.

Ecte fæciſti qđ gladiatoꝝ munus Veronẽſibus nřis ꝓmiſiſti : a quibus olim amaris:ſuſpiceris:ornaris. īde ẽt uxorẽ cariſſimã tibi:& ꝓbatiſſimam habuiſti:cuius memoriæ a te opus aliqđ maxĩe funebre debeatur. Præterea tãto cõſenſu rogabaris: ut negař nõ cõſtãs:ſed durũ uidereť. Illud quoq; egregie : q̃ tã facilis: tã liberalis in ædẽdo fuiſti. nã p hæc etiã animus magnus oñdiť. Vellẽ Aphricanæ : quas coemeras plurimas ad ꝓfinitũ diẽ occurriſſent: Sed licet ceſſauerint:illa tẽpeſtate detẽtæ:tu tamẽ meruiſti:ut accœptum tibi fieret : quod quo minus exhiberes:non per te ſtetit. Vale.

C. PLI. CAECILII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS.

C. Plinius Geminio S.

TErret me hæc tua tã ꝑtinax ualitudo: & quãquã te q̃ temperatiſſimum nouerim: uereor tamẽ ne qd illi etiam in mores tuos liceat. Proinde moneo patiente reſiſtas. hoc laudabile: hoc ſalutare admittit hũana natura. qđ ſua deo ipſe certe ſic agere ſanus cũ meis ſoleo. Spero qdẽ ſi forte ĩ aduerſam ualitudinẽ ĩcidero: nihil me deſideraturꝫ: uel pudore: uel pœnitẽtia dignũ. Si tñ ſuperauerit morbus: denũcio ne quid mihi det̃ niſi ꝑmittẽtibus medicis: ſciãtq; ſi dederint: ita uindicaturꝫ: ut ſolent alii: quæ negant̃. Quinetiam cũ peruſtus ardentiſſima febre tandem remiſſus: unctuſq; acciperem a medico potionẽ: porrexi manum: utq; tangeret dixi: admotumq; iam labris poculuꝫ reddidi. Poſtea cũ. xx. ualitudinis die balineo præpararer: muſanteſq; medicos repẽte uidiſſem: cauſam requiſiui. reſpõderũt poſſe me tuto lauari: non tamen omnino ſine aliqua ſuſpitione. quid inquam neceſſe eſt? atq; ita ſpe balinei: cui iam uidebar inferri placide: leniterq;: dimiſſa ad abſtinentiam rurſus non ſecus: ac modo ad balineum animum: uultumq; compoſui. quæ tibi ſcripſi: primum ut te non ſine exemplo monerem: deinde ut in poſteruꝫ ipſe ad eandem temperantiam aſtringerer hac epiſtola quaſi pignore. Vale.

C. Plinius Fabio Iuſto S.

QVemadmodum congruit: ut ſimul & adfirmes te aſſiduis occupationibus impediri? & ſcripta noſtra deſideres? quę uix ab ocioſis ĩpetrarẽ aliqd ꝑituri tpis poſſũt. Patiar ergo æſtatẽ ĩqetẽ nobis: exercitatãq; trãſcurrerẽ: & hyeme demũ: cũ credibile erit noctibus ſaltẽ uacare te poſſe: quærã qd potiſſimũ ex nugis meis tibi exibeã. Interim abunde ẽ: ſi epiſtolæ non ſunt tibi moleſtæ: ſunt autem & ideo breuiores.

C. Plinius Præſenti S.

IOA. MARIAE CATANAEI ENARRATIONES IN LIBRVM. VII. EPISTO. C. PLI. CAECILII SECVNDI.

TErret me. hortat̃ Geminium ægrotantẽ ut ualitudinem patienter ferat: exẽploque ſuo docet nõ indulgendũ appetitui ĩ morbo: ſed medicis parendum. Pertinax. continua. Liceat illi. ſerpat in peius. In mores tuos. quamuis ſis temperatiſſimus. Hoc. reſiſtere patiẽter. Agere cum meis. hortari meos ĩfirmos ut fortiter ferant. Nihil deſyderaturũ. omnia facturum uiro forti conuenientia. Denuncio. premoneo meos. Alii. ægri uindicare. Peruſtus. ſignate locutus. Remiſſus. ſedato febris ardore. Reddidi. reſtitui intactum iubente medico: cum me uidiſſet adhuc febre detineri. Balineo præpararer. deſtinaſſent me lauare. Muſantes. hæſitantes: dubitantes: commurmurãtes. Tuto. ſine mortis periculo. Suſpitione. alicuius mali. Quid. cur. Neceſſe eſt. ingredi balineum. tanquam diceret ſi ſuſpicio mali eſt in balineo non opus eſt illud ingredi. Videbar inferri. phantaſiam deſyderantis exprimit. Rurſus. legitur etiam uerſus: q̧ non diſplicet. Compoſui animum: & uultũ. lætitiam reſumpſi: & hilaris fui ut pauloante cum uidebar inferri balineo. In poſterum. ſi incidero in ægritudinem. Pignore. debita obligatione.

QVemadmodũ. promittit Iuſto aliquid ſcriptorum ſuorum cũ æſtas tranſmiſſa fuerit. Congruit. conuenit: cõcordat. Perituri. uacui & inertis: q̧ alias periret. Inquietem. occupationibus plenam. Vacare noctibus. uacuum eſſe a negociis: & de nocte ſcriptis meis attendere. Nugis ſcriptis leuibus: fortaſſe uerſibus: nã: & hi nugæ: & luſus interdum dicuntur. Et ideo breuiores. quare ſcriptæ ſunt a me cõpendioſæ: ne tibi moleſtæ ſint.

Brutius Præſens Lucania TAnta.reuocata longo ſeceſſu amicum Præſentem:hortaturq; ut tandem uelit urbem repete re:ſic.n. fieri iucundius ocium aliquando laboribus intermiſſum. hic Brutius Præſens tantæ authoritatis poſtea fuit:ut Antoninus philoſophus imperator eius filiam Cõmodo filio ſuo: qui deinceps imperauit:matrimonio iunxerit celebratis exemplo priuatorum nuptiis. In Lu cania.ocium diſpenſas.Lucania inter tyrrhenum:ſiculumq; littus iacens incipit poſt Silaris oſtium:& ur be Talao ſecundum Strabonem terminatur.lucani autem genus ducunt a Samnitibus. Ipſe.ego ſum. Vxor.mea eſt. Longioris. dum modo tuum:& uxoris natale ſolum uiſitas. Nõ perpetuæ.non ideo ſemper ab urbe debes abeſſe. Amiciciæ. tam ſuperiores q̃ mino res amici uniuſcuiuſq; ordinis: & q te di gnitate præcedunt:& qui ſunt inferiores. nam in agris minores habebat. Cum uo les.cum non ſit tibi ſurgendum ante lucẽ officii cauſa.hinc Mart.cum in patriã ſe ceſſiſſet ſcripſit ſibi licere quãtum uoluiſ ſet quieſcere. Calcei. quibus utebantur in ſeceſſu: nam Romæ frequẽtior erat ſo learum uſus lectica ſuccollatis. quare Se cundus in præcedentibus dixerat de ſeceſ ſu Spurinæ loquens. hora ſecunda calce os poſcit . idẽ tamẽ libro.viii. calceos po ſcunt:cum ambiguum ſit an ĩ urbe:an ru ri. Nuſquã toga feriata. eadem ſemper ueſte ruri uteris. imo ſi Iuuenali credimus pars magna Italiæ fuit in qua nemo togã ſumebat niſi mortuus. uerum ſi legatur. Quouſq; toga feriata? ſenſus erit . quo uſq; eris in ocio. & feriis ſemper ne? Li ber.a curis:& negociis urbanis. Noſtras. quas ĩ urbe patimur.Satietate langueſcãt. nimia copia & aſſiduitate fiant uiliores. Seneca.xi.epiſtolarũ: nulla tibi uoluptas noua eſt: nulla non iam odioſa ipſa ſatie tate. Saluta.ueni in urbem: & ſaluta po tentiores.nam nobiles:& ſalutabant:& ſa lutabantur.nota res longo Iuuenalis car mine. Terere. Laſſare:exercere ut in fo ro & litibus : nam mox de ſe inquit in fo ro & amicorum litibus cõteror. Turba. urbana frequentia. Solitudo. ſeceſſus. Imprudens.dum librorũ recordatione po tius perſuadeo ut uelis ocio uti. Reuo care.in urbẽ. Retardo. in ſeceſſu. His ipſis. ſalutationibus: & officiis urbanis.

TAnta ne perſeuerantia tu mõ ĩ Lucania mõ ĩ Campania? Ipſe enim inquis Luca nus: Vxor Campana. iuſta cauſa longio ris abſentiæ: nõ perpetuæ tamen. Quin ergo ali quando in urbẽ redis: ubi dignitas: honor: amici ciæ tã ſuperiores: q̃ minores: quouſq; uigilabis cũ uoles? dormies q̃ diu uoles? quouſque calcei? nuſquã toga feriata? liber totus dies? Tempus ẽ te reuiſcere moleſtias noſtras: uel ob hoc ſolũ: ne uoluptates iſtæ ſatietate langueſcãt. Saluta pau liſper: quo tibi ſit iucũdius ſalutari. terrere ĩ hac turba: ut te ſolitudo delectet. Sed quid impru dens: quẽ reuocare conor retardo? fortaſſe enim his ipſis admoneris: ut te magis ac magis ocio ĩ uoluas: quod ego non abrumpi: ſed ĩtermitti uo lo. Vt enim ſi tibi cœnam facerem dulcibus ci bis acres: acutoſq; miſcerẽ: ut obtuſus illis: & ob litus ſtomachus his excitaretur; ita nũc hortor: ut iucundiſſimum genus uitæ nonnullis interdũ quaſi acrioribus condias.

C.Plinius Pontio.S.

AIs te legiſſe hẽdecaſyllabos meos. requi ris etiam quemadmodum cœperim ſcri bere hõ (ut tibi uideor) ſeuerus: ut ipſe fateor non ineptus. nunquam a poetice (altius enim repetam) alienus fui. quinetiam quattu ordecim natus annos græcam tragœdiam ſcri pſi: qualem inquis? neſcio. Tragœdia uoca batur. Mox cum e militia rediens in Icaria in

Abrumpi.penitus toli. Acutos.mordaces:ſalſos:ſtomachum ſuſcitantes. Obtuſus.hebes.ſopitus. Oblitus illis contectus dulcibus. Iucundiſſimum genus uitæ.ocioſum ſeceſſum. Acrioribus. nego ciis urbanis.

AIs.admirãti Pontio q; hẽdecaſyllabos ſcripſiſſet rñdet Secũdus ſe a teneris annis poeticæ ſtu dioſum fuiſſe:nã puer græcã tragœdiã ſcripſiſſe:& elegos ac epigrammata ad imitationẽ Ci ceronis:poſtremo uolumẽ hẽdecaſyllaborũ: q; a latinis:& græcis lectitari plurimũ gloriatur. Meos.a me factos. Seuerus.grauis.ſcimus.n.Secundo in poematibus nõ defuiſſe laſciuiã: I moribus ſeueritatẽ. Non ineptus. habilis ad ſtudia liberalia. Xiiii.natus annos.miror hoc ẽt illis me lioribus annis puerũ.xiiii.annorũ cõpoſuiſſe tragœdiã græcã:& ſi ſimplicẽ. Qualem.ſcripſiſti bonam an malam? Tragœdia.qualiſcunq; erat tragœdia dicebatur. E militia.a Syria: ubi tribunatum mili tum adoleſcens adhuc geſſit: cuius rei fit mẽtio ad Genitorẽ libro.iii.& primo ad Clæmentem. Icaria
Icaria inſula iuxta Samũ deſerta ſi Strabõi credimus: quæ tñ egregia cõtinet paſcua a Samiis uſurpata: ſed ro go celeberrima.nomen habet ab Icaro Dædali filio:quẽ dicunt paternæ fugæ comitẽ e Creta fugientẽ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uia non ſeruata huc cecidiſſe: a qua mare Icariũ appellationẽ accœpit. Stephanus ãt inq̃t Icaria populus. Aegeidis tribus. Icarus una Cycladũ iſula: uocat̃ aũt Matris: & Dolicha: & Ichthiooſſa: ſcđa ciuitas: ter‑tia iſula iuxta mare rubrũ: cui⁹ ciuis Icarius: & fœmininũ Icaria. In illud. argumẽtũ elegorũ fuit Icaria inſula: & mare Icariũ. Heroico. nõ ſequẽti: ſed alio longiori: qui nõ extat. Nũc primũ. me exptus ſum non ꝙ ſequẽtes uerſus ſint hendecaſyllabi: ſunt. n. hexametri: ſed cũ legiſſet. M. Tulliũ oblectatũ epigrã‑matibus cõponẽdis: incitatus ẽ ad elegos: prius tñ eis heroico ꝓludẽs. Hic natalis. hæc origo: & princi‑piũ. Laurentino. rure meo. Aſinii Gal‑li. C. Aſinius Gallus magnus orator: niſi il‑lũ magnitudo patris obruiſſet libros ſcri‑pſit: in q̃bus eloquentiã: & doctrinã patris ſui Aſinii Pollionis: & Ciceronis cõparata ſuperiorẽq; patris conat̃ oſtẽdere: contra eos libros defenſionẽ. M. Tullii ſatis eru‑ditã cõpoſuit Claudius iperator. Dion tra‑dit Aſiniũ Gallum paterna uſum audacia rupiſſe patientiã: cum Tyberius ambiguis rñſis: & calida cunctatione ſuſpẽderet ſe‑natũ precantem ut ſuſciperet imperium: & in tumultu ꝓclamaſſe: aut ageret: aut deſiſteret: cum poſt obitũ Auguſti confe‑ſtim neque agere dubitaſſet: cuius facti meminit Tranq. ſuppreſſo Galli nomine: q̃ cũ multa grauia perpeſſus eſſet tandem iuſſu Tiberii iugulatur. Euſebius in chro‑nicis rem breuius complexus ſolum retu‑lit diris a Tiberio ſuppliciis necatũ. Ty‑ronem ſuum. Tullius Tyro. M. Ciceronis alumnus: & libertus ingenio quidem ele‑ganti: & haud quaquã rerũ litterarumq; ueterum indoctus: quo ab ineunte ætate liberaliter iſtituto adminiculatore: & qua‑ſi adminiſtratore ĩ ſtudiis uſus eſt Cicero: libros ſcripſit cõplures de uſu: & ratione linguæ latiæ. item de uariis atq; ꝓmiſcuis quæſtionibus: & præcipue pandectas ideſt ꝓmiſcua: & omnimoda cõtinẽtes libros: tris de uſu: q̃q̃ Fabius ſuper his in ambi‑guo ſit. M. Tullii cõmentarios aptatos idẽ contraxit: eius familiares epiſtolas colle‑git: & publicauit. Patris. Aſinii Pollionis.

Aſinius Gallus

Trang. locus.

Tullius Tyro.

ſula uẽtis detineret: latinos elegos ĩ illud ipſum mare: ipſamq; inſulã fęci. expertus ſum me aliq̃n heroico. At hendecaſyllabis nũc primũ: quorũ hic natalis: hæc cauſa ẽ. legebant̃ ĩ laurẽtino mi‑hi Aſinii Galli libri de cõparatiõe patris: & Cice‑ronis. incidit epigrãma Cicerõis in Tyronẽ ſuũ: deindẽ cũ meridie (erat. n. æſtas) dormiturus me recepiſſem: nec obrepet ſomnus: cœpi reputare maximos oratores hoc ſtudii genus: & ĩ oblecta‑tiõ ibus habuiſſe: & ĩ laude poſuiſſe. ĩtẽdi aĩum: cõtraq; opiõnẽ meã poſt longã deſuetudinẽ per‑q̃ exiguo tẽporis momẽto id ipſum quod me ad ſcribendum ſollicitauerat his uerſibus exaraui.

Cum libros Galli legerem: quibus ille parenti
Auſus de Cicerone daret palmamq;: decuſq;:
Laſciuum inueni luſum Ciceronis: & illo
Spectandum ingenio: quo ſeria condidit: & quo
Humanis ſalibus: multo: varioq; lepore
Magnorum oſtendit mentis gaudere uirorum.
Nam quærit̃ ꝙ fraude mala fruſtratus amantẽ
Paucula cœnato ſibi debita ſauia Tyro
Tempore nocturno ſubtraxerit. His ego lectis.
Cur poſt hæc inquã noſtros celamus amores?
Nullumq; ĩ medium timidi damus? atq; fatemur
Tyroniſq; dolos: Tyronis noſſe fugaces
Blanditias: & furta nouas addentia flammas?

Tranſii ad elegos: hos quoq; nõ minus celeriter explicui. addidi alios facilitate corrupt⁹. Deĩde in urbẽ reuerſus ſodalibus legi. ꝓbauerunt. inde

Obreperet. ſenſim adueniret. Maxi‑mos oratores. non modo Ciceronẽ: & Pol‑lionẽ. ſed alios quoq; plæroſq; libro quin‑to enumerat. Hoc genus ſtudii. compo‑nendi epigrammata. In laude poſuiſſe. arbitratos rem laudabilẽ. Intendi. dirre‑xi ad cogitationem. Deſuetudinem. intermiſſionem pangendi carminis. Idipſum. Ciceronis carmen in Tyronem ſuum. Exaraui. compoſui: ſcripſi: tranſlatum uerbum ab aratione: qua ſulcos aratro du‑cimus: ſic nos ſcribendo calamo uerſus trahimus. Auſus. tanquam rem magnam. Daret palmam pa‑renti de Cicerone. ut probaret Pollionem parentem ſuum fuiſſe doctrina: & eloquentia ſuperiorem Ciceroni. ſunt qui legant dare: quod ratione commatis recte admittitur: & ſenſum habet expeditiorem. Luſum. legimus etiam uerſum. Illo. magno. Seria. ſcripta grauia. Salibus. ſcommatib⁹: urbanita‑tibus. Humanis. homini propriis. Lepore. uenere: ſuauitate dicendi. Magnorum. in eloquentia: & dignitate. Amantem. ſe Ciceronem. Sauia. baſia quaſi ſuauia: & ſauiare baſiare: frequens uerbum apud apuleium. Nullumque in medium timidi damus. quaſi timore correpti non publicamus omni‑bus noſtros luſus amorum Ciceronis exemplo. Furta. concubitus. Tranſii ad elegos. ab exametris ad elegos componendos animum intendi. Non minus celeriter. credo melius feliciter: quia magis lau‑dati. Facilitate corruptus. incitatus ꝙ priores facile explicuiſſem. Plura. metra. plura carminũ genera.

Exarare.

Sauia.

Multorum.ut Calui:& Catulli. Cantatur etiam.nam ſequitur nunc cithara:nunc lyra perſonatur. Latine docuit.latinas litteras ediſcere fæcit. Furioſe.é alia ſcriptura glorioſe.ſume extriſecus de meis uerſiculis loquor. Furere poetas conceſſum eſt.furore quodam duci:nam Plato ueros poetas credit: q inſaniunt:unde in Syluis Statius de Lucano loquens ſcripſit Docto pectora concitatus oeſtro: & Iuuenalis trahi Nyſa:& cyrrha:&.M. Tullius pro Archia. quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Lucianus in laude Demoſthenis.multo inquit furore opus eſt poetis:& diuino quodam ſpiritu:niſi uolunt humiles: & obſcuri uideri. Apuleius in quarto floridorum laudans illud ſapientis uiri ſuper menſam celebre dictum: prima iquit cratera ad ſitim pertinet: ſecunda adhilaritatem:tertia ad uoluptatem quarta ad inſaniam: pria cratera litteratoris rudaro eximit.ſecunda grammatici doctria inſtruit: tertia rhetoris eloquentia armat: quarta poetarum commentis incitat. Iudicant. uera dicunt de noſtris ſcriptis. Errant. credant hendecaſyllabos meos eſſe bonos: & ſi non ſint. Iudicent. ueris rationibus inducti cognoſcant eſſe bonos.

Poetarũ furor

INcredibile. ſimili ut ſupra argumento ſcribit ad uxoré Calphurniam abſentem ſe magno ei⁹ deſiderio teneri. Inde. ob amorem: & conſuetudinem. Vigil. inſomnis:ꝙ ſit nimia cura. Diætam tuam. ubi tu de die ſolebas uerſari. Vt dicitur. ut eſt receptum in dicendi cõſuetudine. Aeger metu. affectus metu: quæ animi ægritudo eſt:metuebat enim Calphurniæ uxori ne quid mali accideret. Similis excluſo. triſtis. tanquam ab amica forib⁹ excluſus. Tormẽtis. ſolicitudinibus. Requies. uacatio curarum de te. In labore. in agendis cauſis. Solatium. requies.

RAra. Bithyni decretum miſerãt legatis ſuis in urbe agentibus: quo & accuſationem Vareni omittebant: & cauſas abolitæ accuſationis declarabant. Fonteius tamẽ Magius unus ex Bithynis non deſtitit petere in ſenatu: ut ratiões adminiſtratæ ꝓuinciæ reddere cogeretur. uerum Polyænus petiit ut res integra ad Traianum deferretur:quod a Coſſ. impetrauit: quæ dũ agebanť ſcribit Secundus Macrinio ſe raro interlocutum. exemplis monens interdum melius eſſe paucis:quã pluribus agere. Narrantur dico.perinde ac ſi inferret: nundum tamen pro cõperto habeo. Legatus. Polyænus. prouinciæ. Bithyniæ. Concilii. conuentus Bithynorum. Principes. primates ro. Nos. me: & Homullum. Ille idem Magius. Fonteius Magius:quem refert libro quinto pluribus contra Varenum dixiſſe. Nigrinum. aduocatum Bithynorum. Optimum. in dicendo oratorem: fuit.n. illius oratio præſſa:grauis:ornata.an potius bonis moribus. Exercet. turbat. ſolicitat:ſtimulat. Rationes. ꝓconſulatus ſui in Bithynia. Vt amicus. nõ tanquã aduocatus:quia iam rem tranſactã opinabar.

plura metra:ſi quid ocii:maxiẽ ĩ itinere:tentaui: Poſtremo placuit exẽplo multoꝝ unũ ſeparatim hendecaſyllaboꝝ uolumẽ abſoluere. nec pœnitet. Legiť: deſcribiť: cantať etiã a græcis quoqꝫ: quos latine huius libelli amor docuit:nũc cithara:nũc lyra perſonatur. Sed quid ego tam furioſe? quamquam poetis quoqꝫ furere cõceſſum ẽ. & tamen non de meo: ſed de aliorum iudicio loquor:qui ſiue iudicant:ſiue errant: me delectãt: Vnum præcor ut poſteri quoqꝫ: aut errent ſimiliter:aut iudicent.

C. Plinius Calphurniæ. S.

INcredibile eſt quanto deſiderio tui tenear. in cauſa amor primũ: deinde ꝙ nõ conſueuimus abeſſe:inde eſt ꝙ magnam noctiũ parté in imagine tua uigil exigo: inde qď interdiu quibus horis te uiſere ſolebã ad diætam tuam ipſi me (ut ueriſſime dicitur) pedes ducũt. qđ deniqꝫ æger metu:& ſimilis excluſo a uacuo limine recedo. Vnum tẽpus his tormentis caret: quo in foro:& amicorum litibus conteror. Exiſtima tu quæ uita mea ſit: cui requies in labore: in miſeria:curiſqꝫ ſolatium.

C. Plinius Macrino. S.

RAra:& notabilis res Varẽo cõtigit:ſit licet adhuc dubia. Bithyni accuſationẽ eius ut temere icohatã omiſiſſe narrãť; narranť dico. adeſt ꝓuinciæ legatus. attulit decretũ cõcilii ad Cæſarẽ: attulit ad multos pricipes uiros:attulit ẽt ad nos Varẽi aduocatos. Perſtat tñ ille idẽ Magius. qnetiã Nigrinũ optimũ uiꝝ ꝑtinaciſſime exercet. ꝑ hunc a coſſ. poſtulabat:ut Varenus exhibere rationes cogereť. Adſiſtebam Vareno:iam tantũ ut amicus: & tacere decreuerã. Nil enim tam contrariũ ꝙ ſi aduocatus a Sẽatu datus defenderẽ:ut reũ:cui opus eẽt

Ne reus uideretur.ne poſſet iure accuſari. Cõſtare.optimam eſſe. Veros.ut Polyænum: nam ueros legatos appellat eos qui attulerant decretum abolitæ accuſationis:& Magium:qui antea miſſus fuerat accuſatum non uocat uerum legatum:quia Poſteriora prioribus derogant. Contra Nigrinũ.quæ ſci-licet dicent contra ea:quæ nunc petit a uobis Nigrinus:ad quem miſſi ſunt a Bithynis. Apud me.iam enim dixerat ueros Bithyniæ legatos attuliſſe decretum aduocatis Vareni. Ille.Nigrinus reſpondit. Liquere.cognitũ eſſe. Ex diuerſo.e cõtra. Et mihi.ex diuerſo liquere. Quod & melius.nobis eſſet.

ne reus uideretur: cum tamen finita poſtulatiõe Nigrini conſules ad me oculos retuliſſent: ſcietis inquã conſtare nobis ſilentii nr̃i rõnem: cũ ueros legatos ꝓuinciæ audieritis cõtra Nigrinum: ad quẽ miſſi ſunt. Ego apud me quoqꝫ habeo decretũ ꝓuinciæ. Rurſus ille põt tibi liquere. Ad hoc ego: ſi tibi ex diuerſo liquet põt: & mihi: quod: & melius: ſi cã liqueret. Legatus Polyænus cauſas abolitæ accuſatiõis expoſuit: poſtulauitqꝫ ne cognitiõe Cæſaris p̄iudiciũ fieret. Rñdit Magius: iterũqꝫ Polyænus. ipſe raro: & breuiter īterlocutus multũ īnra ſilẽtiũ tenui me. accœpi. n. nõ minus īterdũ oratoriũ eẽ tacere: q̃ dicere. atqꝫ adeo repeto me quibuſdam capitis reis uel magis ſilentio: q̃ oratiõe accuratiſſima profuiſſe. mater amiſſo filio (quid enim prohibet: quamquam alia rõ ſcribendæ epiſtolæ fuerit de ſtudiis diſputare) libertos eius: eoſdemqꝫ cohæredes ſuos falſi: & ueneficii reos detulerat ad principem: iudicẽqꝫ impetrauerat Iulium Seruianũ. defenderã reos ingenti qdẽ cœtu. erat. n. cauſa notiſſima: p̄terea utrinqꝫ īgenia clariſſima. Finẽ cognitioni q̃ſtio impoſuit: quæ ſecundũ reos dedit. Poſtea mater adiit principẽ: adfirmauit ſe nouas ꝓbationes inueniſſe. p̄cœptũ ẽ Seruião: ut uacaret finitã cãm retractãti: ſi qd noui adferret. Aderat matri Iulius Aphricãus nepos Iulii oratoris: quo audito Paſſienus Criſpus dixit: bñ mehercule bñ: ſed qd hoc tã bñ? Huius nepos iuuẽis īgenioſus: ſꝫ par-

Cauſa.huius decreti & abolitæ accuſationis. Liqueret.Conſtaret:nam in decreto Bithynorum nulla fuit expreſſa cauſa cur Vareni accuſationem abolerent: ſed Polyænus legatus:qui illi interfuerat omnia expoſuit in ſenatu: quibus moti Bithyni id decreuiſſent. Polyænus.de magiſtratu ad Polyænum ſcriptas epiſtolas teſtatur Seneca: fuit & Polyænus. Sardianꝰ declamator ſub Iulio Cæſare.item Polyænus orator macedo. lego Polyænum Pruſæ domum diuo Claudio legaſſe. alium Polyænum ab Adriano mori adactũ. ad hæc Polyæni meminit Seneca de dote p̄legata.Polyæni epithero Homerus Vlyſſem donat tanquam multarum laudum uirum. Abolitæ: decreto ſublatæ. Ne cognitione.ſenſus ut omnia integra Traiano reſeruarentur: qui tunc ſenatui non intererat. Intra ſilentium.quod eſt ſecũdum Philoſtratum ſermonis magiſter.inde cum libro ſexto hoc ſcripſiſſet. retulit. viii. inter primas orationis uirtutes enumerandam uideri dicendi moderationeꝫ: tacere autem in iudicio quartã uirtutem percœpiſſe.quare ſubiunxit Secũdus non minus oratorium eſſe tacere q̃ dicere. nã cum orator ſit uir bonus dicendi peritus: ſequitur ut & tacendi gnarus ſit. Studiis.artificio dicendi. Falſi.teſtamenti. Reos detulerat.accuſauerat. Iulium Seruianum. Summæ authoritatis uirum. Cœtu. corona auditorum. Notiſſima. hinc multi auditum cõuenerant. Vtrinque.ad patrocinium utriuſque partis. Ingenia clariſſima.ſummi in eloquentia oratores. Quæſtio.ſeruorum tortura. Dedit.fuit. Secundum reos. in fauorem reorum. Vacaret.operam præſtaret: ocium accommodaret. Retractanti. matri recognoſcenti. Iulii oratoris.qui:& ipſe Aphricanus cognominatus erat:& quem uidiſſe teſtatur Fabius:fuit autem concitatus orator:ſed in cura uerborum & compoſitione nimius:nonnunquam longior: & tranſlationibus parum modicus.hic eſt ille Aphricanus cuius in opinata inſigniter ſentẽtia apud Neronem de morte matris profertur.rogant te Cæſar Galliæ tuæ:ut felicitatem ſuam fortiter feras. Paſſienus Criſpus.bis conſul & orator inſignis: Agrippinæ matrimonio:& Nerõe priuigno clarior:moriẽs ampliſſimam Neroni hæreditatem reliquit:cum tamẽ dicere cœperat ſtatim fuga fiebat ad epilogum: nõ tam bene declamauit: q̃ cauſas ægit:non tam bene ſuaſorias:q̃ iudiciales controuerſias dixit. teſtatur Seneca hoc ſe nouiſſe ſubtilius nihil in omnibꝰ rebus: ſed maxime diſtinguendis & curandis uitiis. uir quidem eloquentiſſimus: & ſui temporis primus orator: quamuis idem Seneca alibi aridum more ſuo notet:eius inſignes orationes pro Voluſeno Catulo Fabius tradit ſe puero circumlatas. Euſebius in auguſto Paſſienus inquit pater declamator inſignis diem obiit pater īquam illius Paſſieni Criſpi:qui cum audiuiſſet Iulium Aphricanum dicentem laudauerat his uerbis actionem eius:bene mehercule be-

Polyænꝰ

Iulius Aphricãus

Paſſienꝰ Criſpus.

ne dixiſti ſed quid opus fuerat hoc tam bene dicere:cum id cauſa nō exigeret. Huius Nepos.ergo ne-
pos huius Iulii Aphricani:eiuſdem nominis:cuius fuerat auus: nam repetit ꝙ iam dixerat ad maiorem
declarationem: quia quædam interpoſuerat. Callidus:aſtutus:exercitatus. uerſutia. enim:& aſtutia
plurimum oratori confert. Aſſignatum.
datum a iudice. Verbum.paucula:uſita-
to dicendi modo. uerbum ex legibus ac-
cipiendum eſt tam legum ſententia q̄ ex
uerbis ſecundum Vlp. de uerborum ſig.
Diu longa oratione. Reſpondiſſem.
ironice dictum. Quo.dicto. Noua.in-
ſperata.inexpectata audientibus. Ad ſen
ſum.laudem al's conſecutum. Agendo.
dicendo totam cauſam. Non agēdo.ſed
paucis iocando. Exceptum. admiſſum
t inquam optimum.Hactenus.breuiter in
terloquendo. Suſpenſus. anxius. Ille.
quo priceps cauſam cognoſcet.Laborem.
agendi.

ET. gaudet amicicia inter Pri-
ſcum.& Saturninum: quē hor-
taſ ad ſe reuerti. Gratias ægi.
ꝙ tecum bene conueniret. In
uicem. dum alter alteri deſeruit. Ipſum
tempus cum indies magis ueſtras uirtu-
tes cognoueritis. Si tamen.duas lites ha-
bebat Saturninus inter manus: quarum
alteram beneficio iudicis alteram ſua di-
ligentia breui ſperabat componere. Iſtic
in mun cipio tuo Nos.Romam.

QVæris.Fuſcum monet ut in ſe-
ceſſu græca in latium: noſtra
in græciam trāſferat: eſſe enim
optimum ſtudendi genus:cum
ad imitationem bonorum de eiſdem con
tendimus: cōſulit ut quæ legerit: repetat:
interdum oratoris ſtudia ītermittat: & ſe
ad hiſtoriam uel poeticam conuertat:qua
non modo facultas: ſed remiſſio & laus
Græca i græcum comparatur. Ex græco in latinum uer-
tere.uertere græca in latinum ueteres no-
ſtri oratores optimum iudicabant. id ſe
L. Craſſus in illis Ciceronis de oratore li-
bris dicit factitaſſe:id Cicero ſua ipſa per
ſona frequētiſſime præcipit: quinetiam li
bros Platonis atq; Xenophōtis edidit hoc
genere tranſlatos.Marco id Meſſallæ pla
cuit:multæque ſunt ab eo ſcriptæ ad hūc
modum orationes: adeo ut etiam cum il-
la Hyperidis pro Phrine: difficillima ro-
manis ſubtilitate contenderet: & manife-
ſta eſt exercitationis huiuſce ratio: nam &
rerum copia græci authores abundant:
& plurimum artis in eloquentiam intule-
rūt: & hoꝝ ſcripta transferentib⁹ uerbis
uti optimis licet. Tranq ꝑter Fabiū inqt:
cōſueuerūt magiſtri dicēdi iterdū græco-
Latina i græcum. rū ſcripta cōuertere.Ex latio uertere i græ
cū.cui rei aſſentit Quītiliāus his uerbis.ſed ēt illa ex latinis cōuerſio mltū cōtulerit. nā ex utroq; copia

callidus cū multa dixiſſet:aſſignatūq; tēpus īpleſ
ſet:rogo īquit Seruiāe pmittas unū uerbū adiice
re.tum ego cū oēs meut diu reſponſuꝝ intueren
tur: reſpondiſſem inquam: ſi unū illud uerbum
Aphricanus adieciſſet: in quo non dubito oia no
ua fuiſſe.non facile me repeto tantū adſenſum in
agendo conſecutū:quantū tunc nō agendo.ſimi-
liter nūc: & ꝓbatū: & exceptū eſt:ꝙ ꝑ Vareno
hactenus nō tacui.Conſules ut Polyænus poſtu
labat:oia integra pricipi ſeruauerūt:cuius cogni
tionē ſuſpenſus exꝑecto. nā dies ille nobis ꝓ Va
reno:aut ſecuritatē:& ociū dabit:aut itermiſſiuꝫ
laborem renouata ſolicitudine iniunget.

C.Plinius Saturnino.S.

ET proxie priſco noſtro: & rurſus: q̄a ita
iuſſiſti gratias ægi:libētiſſime qdē. ē.n.
periucūdū ꝙ uiri optimi: uiriꝗ amiciſ-
ſimi adeo cohæſiſtis: ut inuicē uos obligari pute
tis.nā ille quoq; ꝑcipuā ſe uoluptatē ex amicitia
tua capere ꝓfitet: certatq; tecū honeſtiſſimo cer
tamine mutuæ charitatis: quā ipſum tēpus auge
bit. te negociis diſtineri ob hoc moleſte fero: ꝙ
deſeruire ſtudiis nō potes. Si tamē alteram litem
ꝑ iudicē:alterā ut ais tu ipſe finieris: icipies pri-
mū iſtic ocio frui: deinde ſatiatus ad nos reuerti.

C.Plinius Priſco.S.

EXprimere nō poſſum q̄ iucundū ſit mihi
ꝙ Saturninus nr̄ ſummas tibi apud me
gras aliis ſup alias eplīs ægit. Perge ut
cœpiſti: uirumq; optimū q̄ familiariſſime dilige:
magnā uoluptatē ex amicicia ei⁹ pcœptur⁹: nec
ad breue tēpus.nā cū oibus uirtutib⁹ abūdat: tū
hac ꝑcipue: ꝙ hēt maximā i amore conſtantiam.

C.Plinius Cornelio Fuſco.S.

QVæris quēadmodū i ſeceſſu: quo iā diu
frueris putē te ſtudere oportere. Vtile
mihi primū & multis ꝑcipue erit: ul' ex
græco i latinū: uel ex latino uertere i græcū: quo

& facilitas maxime uenit. Splendor uerborum.tranſlata uerba opportune:quæ ſplendoris multũ afferunt orationi:tranſferendo enim aſſequimur:ut optimis uerbis utamur: & nõ modo uſitata: ſed etiam quædam imitanda exprimamus:quæ noua noſtris ſint dummodo idonea:hæc.M.Tullius de oratore. Copia figurarum.quæ transferentibus excogitanda eſt:nam figuras:quibus maxime ornat̃ oratio:multas:& uarias excogitandi etiam neceſſitas quædam eſt:quia plærunq; a græcis romana diſſentiũt. Vis explicandi.potẽtia dicendi quod intenderis. Optimoꝝ.optima enim ſemper imitanda. Fefelliſſent.

genere exercitationis proprietas: ſplendorq; uerborum:copia figuraꝝ: uis explicandi. præterea imitatione optimorum ſimilia inueniendi facultas paratur: ſimul quæ legentẽ fefelliſſent: trãſferentem fugere nõ poſſunt. intelligẽtia ex hoc: & iudiciũ acquirit. nihil obfuerit ꝙ legeris hactenus ut rem:argumentũq; teneas: quaſi æmulum ſcribere:lectiſq; cõferre:ac ſedulo penſitare: q̃d tu:q̃d ille cõmodius: magna gratulatio ſi nõnulla: tum magnus pudor ſi cuncta ille melius. lĩcebit interdũ:& notiſſima eligere:& certare cũ electis. Audax hæc:nõ tamen improba: q̃a ſecreta cõtẽtio. quãquam multos uidemus eiuſmodi certamina ſibi cũ multa laude ſumpſiſſe: quoſq; ſubſequi ſatis habebant:dũ nõ deſperãt:anteceſſiſſe. poteris & q̃ dixeris poſt obliuionẽ retractare:multa retinere plura trãſire: alia interſcribere: alia reſcribere. laborioſum iſtud:& tedio plenũ: ſed difficultate ipſa fructuoſum:recaleſcere ex ĩtegro: & reſumere impetum fractum: omiſſumque: poſtremo noua uelut membra peracto corpori intexere: nec tamen priora turbare. Scio nunc tibi eſſe præcipuum ſtudium orandi: ſed non ideo ſemper pugnacem hunc: & quaſi bellatorium ſtilum ſuaſerim. Vt enim terræ uariis: mutatiſque ſæminibus: ita ingenia noſtra nunc hac:nunc illa meditatione recoluntur. Volo interdum aliquem ex hiſtoria locum apprehendas

latere potuiſſent. ubiq; præceptorẽ ſuũ ſequitur dicentem ſuper hoc: ꝙ authores maximi diligentius cognoſcunt:nõ enim ſcripta lectione ſecura trãſcurrimus: ſed tractamus ſingula: & neceſſario introſpicimus. Intelligentia. maior cognitio. Hoc. transferendo. Hactenus. ad hunc finem. Quaſi æmulũ ſcribere. neq; ego inquit paraphraſim eſſe interpretationẽ tantum uolo: ſed circa eoſdem ſenſus certamen atq; æmulationẽ: itaq; ab illis diſſentio: qui uertere orationẽs latinas uetãt: quia optimis occupati:quicquid aliter dixerimus neceſſe ſit eſſe deterius:nam neq; ſemper deſperandum eſt aliquid illis:quæ dicta ſunt melius poſſe reperiri:neq; adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiã fecit:ut una de re benedici niſi ſemel non poſſit. Ille.quem æmularis. Commodius.melius dixerit is. Nonnulla. aliqua tãtum commodiora. Ille.dixerit. Melius. quam tu. Certare cum electis.ſicut Brutum legimus Compoſuiſſe defenſionem Milonis ad æmulationem Ciceronis. Non improba. decora. Secreta.ſoli ſcribenti cognita. Multos. dixit Sextius contra .M. Tullii orationem pro ſe habitam: proinde Caligula ſolebat proſperis oratorum actionibus reſcribere: & magnorum in ſenatu reorum accuſatiões:defenſioneſq; meditari. Subſequi.illorum ueſtigiis inhærere. Non deſperant. ducuntur in ſpẽ. Anteceſſiſſe: ſuperaſſe. Retractare. emendare: retractatio pars ſtudiorum longe utiliſſima: neq; enim ſine cauſa creditum eſt ſtilum non minus agere cum delet:huius autem operis eſt adiicere:detrahere:mutare:ſed facilius in iis ſimplexque iudicium: quæ repellenda uel deiicienda ſunt. premere uero tumentia: humilia extollere:exultantia coherecere:duplicis ẽ operæ:nam & damnanda ſunt quæ placuerant:& inuenienda quæ fugerant:nec dubium eſt optimum eſſe emendandi genus: ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur:ut ad ea poſt interuallum uelut noua: atque aliena redeamus. Emẽdatō

Tranſire.omittere. Interſcribere. inducere: inſerere: membra(ut mox dicet) intexere. Reſcribere.mutare. Difficultate fructuoſum.ipſa. denique ſecundum rhetores utiliſſima eſt exercitationi difficultas. Recaleſcere.intentionem renouare. Membra.Clauſulas: partes. Corpori. operi. Priora. ut illa interſita conueniant præcedentibus: & ſequentibus. Pugnacem. iudicialem. Bellatoriũ. concertatorium: forenſem. alitur enim atque eniteſcit uelut pabulo lætiore facundia: & aſſidua concertationum aſperitate fatigata renouatur. Meditatione. ſtudio. Recoluntur. expoliuntur: nouantur. Ex hiſtoria locum. qua propter inquit Fabius hiſtoriæ nonnunquam ubertas in aliqua exercendi ſtili parte ponenda eſt. Locum.non tam cõmunes locos intelligit: qui omnino diligenter tractandi ſunt ab oratore: & magnam abundantiam ſuggerunt: quam partem hiſtoriæ: ut de paucis multa benedicamus: & quæ natura ſunt contracta diffundamus: & uoluptatem expoſitis demus.

Epiſtolam.qua figuram dicēdi attenuatam comparabimus. Poeticæ deſcriptionis.dixerat de quadā ſua oratione loquens: deſcriptiones locorum : quæ in hoc libro frequentiores erunt non hiſtorice tantum:ſed prope poetice proſequi fas eſt.M.Tullius in oratore poeta oratori finitimus eſt: numeris aſtrictior paulo:uerborum autē licentia uberior:multis uero ornandi generibus ſocius ac pene par : in hoc quidem certe prope idem:nullis ut terminis circumſcribat ius ſuum:quo minus ei liceat eadem illa facultate:& copia uagari qua uelit. Preſſus.attenuatus:ſuccinctus. Petitur.comparatur. Remitti.recreari.nec carmine quidem ludere contrarium fuerit:ſicut athletæ remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate.ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Continuo ac lōgo.operi aliquo metrorum immenſo . nā adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri:& inanibus ſimulachris: ne uerum ſolem cum oportuerit reformident. Arguto. epigrammatico: in quo argutiæ: & ſales expetuntur. Apte.modo fiat opportune. Diſtinguit.intermittit: ſeperat : amouet. Quantaſlibet. maximas. Luſus uocantur. Martialis ſubinde ſua epigrammata luſus : & iocos uocat:quia circa leuiora conſiſtant.

Hi luſus.ſcriptores epigrámatum. Seria.authores rerum grauium : ut philoſophiæ:hiſtoriarum: orationum. Vt laus. ordo eſt.ſic decet ingenium hominum flecti:& reliqua. Mollis. quæ tenella. Si ſequatur doctos digitos.ſi ab artifice docto elaboretur . ſic :M. Tullius de oratore dixit orationem ſicut moliſſimam cæram ad noſtrum arbitrium formamus: & fingimus : & Ouidius decimo metamorphoſeos : ut hymetia ſole Cæra remolleſcit: tractataque pollice multas Flectitur in facies ; ipſoque fit utilis uſu ; Iuuenalis ſexto ſatyra. Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat: Vt ſi quis cæra uultum facit:& antea Perſius dixerat.Et premitur ratione animus:uincique laborat. Artificemque tuo ducit ſub pollice uultum. In formet.Martem:formam:& imaginem Martis ſumat. Puerum . Cupidinem. Ingenium flecti.uolui in quaſcunque partes. Non rigidas. humaniores. Mobilitate.mutatione. Summi uiri. extremæ fortunæ ut imperatorum quidam: & multi grauiſſimi:q Mart.Gellius: Apuleius in apologia teſtantur ; nam & Plato(ut alios omittam)uerſibus luſit. Exercebāt. utilitatis gratia. Delectabant.uoluptatem capiebant:& ocium ſuum oblectabant. Intendatur. acuatur: ſuſcitetur. Recipiunt amores . per hæc monſtratur materia in qua uerſantur epigrammata.

Epgram matum materia.

Vrbanitatem.guſtum urbis:ſcomma. In uita.circa uiuendi modum:hinc Martialis libro decimo tale genus ſcribendi probans ſupra fabuloſa ſcribit:Non hic centauros: non Gorgonas: Arpyaſque Inuenies: hominem pagina noſtrá ſapit.ideſt memorat:quæ ad uitam humanam faciunt. In cauſis uerſantur. tractant aliquando pertinentia ad cauſas forenſes : ut illud Martialis acutiſſime ſimul ; & facetiſſime dictum de tribus capellis. Metri.ſyllabarum certa menſura. Soluta oratione proſa metro ſoluta:& libera. Lætamur.q non aſtringimur metri neceſſitate. Scribimus libentius. ideſt proſam.ordo eſt: & illa utilitas ineſt:q libentius ſcribimus:id q comparatio oſtendit eſſe facilius. Quæ ſcribēda

Volo epiſtolam diligentius ſcribas. uolo carmina. nam ſæpe in oratione quoq nō hiſtoricæ modo:ſed ꝓpe poeticæ deſcriptionis neceſſitas incidit.& preſſus ſermo:puruſq ex epiſtolis petitur. fas eſt: & carmine remitti:non dico continuo: & longo(id enim perfici niſi in ocio non poteſt)ſed hoc arguto: & breui: quod apte quātaſlibet occupationes:curaſq diſtinguit:luſus uocātur:ſed hi luſus non minorem interdum gloriam q̄ ſeria conſequūtur . atque adeo(cur enim te ad uerſus non uerſibus exhorter)

Vt laus eſt ceræ mollis:cedenſq ſequatur:
Si doctos digitos:iuſſaq fingat opus:
Et nunc informet martem:caſtamue Mineruā:
Nunc Venerem effingat: nunc ueneris puerū:
Vtq ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt:
Sæpe etiam flores:uernaq prata iuuant:
Sic hominum flecti ingenium:duciq per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaq ſummi oratores:ſummi etiam uiri ſic ſe:aut exercebant:aut delectabant:imo delectabāt:exercebantq. nam mirum eſt ut his opuſculis animus intendatur : remittatur . recipiunt amores: odia:iras:miſericordiam: urbāitatem: omnia deniq:quæ in uita:atq etiam in foro: cauſiſq uerſantur. Ineſt his quoq eadem:quæ aliis carminibus utilitas : q metri neceſſitate deuincti ſoluta oratione lætamur: & qđ facilius eſſe cōparatio: oſtendit:libentius ſcribimus. Habes plura etiam fortaſſe quā requirebas. Vnū tñ omiſi:non enim dixi q̄ legenda arbitrarer:quāquā dixi: cū dicerē quæ ſcribenda. tu memineris ſui cuiuſq generis

ſcilicet optima. Eligere. ſecernere meliores: ego inquit Fabius optimos quidem: & ſtatim: & ſemper legendos cenſeo. Seneca ad Lucillum. probatos ſemper lege: & ſi quando ad alios diuerti libuerit: ad priores redi. hoc latius. M. Tullius ſecundo de oratore complexus eſt: quæ maxime tradit excellunt imitanda ſunt: & diligentiſſime perſequenda: tum accedat exercitatio: qua illum quem elegerit imitando effingat: atq; ita q̃ maxime exprimat. Non multa. non omnes bibliothecas excutiendas: multorũ enim authorum lectio: & omnis generis uoluminum habet aliquod uagum: & inſtabile: certis ingeniis immorari: & innutriri oportet. diſtrahit animum librorum multitudo: & faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. Hi. authores ꝓbati. Prouocatum. examinatum: iudicatum: cognitũ. nam cauſæ ſæpius prouocatæ melius intelliguntur. prouocare ſignificat appellare: & indifferenter ponitur. M. Tullius. cum alter ad ſenatum prouocaſſet: alter uero appellaſſet tribunos. Tacitus. auxit patrum honorem ſtatuendo: ut qui a priuatis iudicibꝰ prouocaſſent: eiuſdem pecuniæ periculũ facerent: cuius ii. qui imperatorẽ appellauere. ſic Iuriſconſultus. ff. xlviiii. de appellationibus: ſic Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ. prouocare item ſignificat laceſſere: Columella. plærinq; tamen in tantum prouocant: ut curuata: & præcipitata per iugum nequeant terram atringere. quidam tamen non prouocatum: legunt: ſed prouulgatum: id eſt proculcatũ: & tritum eſt. Alioquin. præterea. Ex his. quæ te monui ſcribẽda.

Preocoare

authores diligenter eligere. aiunt enim multum legendum eſſe: non multa. qui ſint hi: adeo notũ: prouocatumq; eſt: ut demonſtratiõe non egeãt. & alioquin tam immodice epiſtolam extendi: ut dum tibi quem admodũ ſtudere debeas ſuadeo: ſtudendi tempus abſtulerim. Quin ergo pugillares reſumis: & aliquod ex his: uel iſtud ipſum quod cœperas ſcribis. Vale.

C. Plinius Macrino. S.

QVia ipſe cũ pria cognoui iungere extrema quaſi auulſa cupio: te quoq; exiſtio uelle de Vareno: & Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſa hinc a polyæno: inde a Magio. finitis actionibus Cæſar neutra inquit pars de mora queretur. erit mihi curæ explorare prouinciæ uoluntatem. multum interim Varenus tulit: & enim q̃ dubium eſt an merito accuſetur: quitquo nomine accuſetur incertum ẽ.upereſt: ne rutſus ꝓuinciæ quod damnaſſe dicit placeat: agatq; pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. Vale.

C. Plinius Fabato Proſocero. S.

MIraris: q̃ Hermes libertus meus hæreditarios agros: quos ego iuſſeram ꝑſcribi nõ expectata auctione ꝓ meo quincũce

QVia. Macrinum paucis docet quem finem habuerit Traiani cognitio de Vareno: & Bithynis. Iungere extrema. prioribus: nam pauloante ſcripſerat ad eundem in cauſa Vareni. Auulſa. niſi coniungantur. Hinc. quia Polyænus quãuis Bithynorum legatorum unus: tamen decreto prouincialiũ nixus arbitrabatur deſiſtendũ ab accuſatiõe Vareni. De mora. quia intendebat cognoſcere a conuentu Bithynorum an decreuiſſent ut Vareni accuſationem perſequerentur. Explorare. diligenter inquirere.

Prouinciæ. Bithyniæ. Multum tulit. magnam commendationem eſt conſecutus. Quo nomine. quo accuſante: nam iam Bithyni remiſerant accuſationem: & tamen Magius perſtabat illorum nomine: an magis: qua cauſa. Placeat prouinciæ. accuſare illum. Agatq; pœnitentiam. & neque agat pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ: id eſt: neq; reuocet illud decretũ: quo pœnituit Varenum accuſaſſe.

MIraris. Succẽſenti Fabato proſocero: q̃ Hermes minori precio Corœliæ uendidiſſet agros hæreditarios reſpondet Secundus id factum ex ſententia ſua cum pluribus cauſis illam diligat.

Hermes. Hermetem longo carmine Mart. extollit. alterius medici libro. x. meminit. Proſcribi. exponi uenales: hinc proſcriptus ſeruus. aliquando etiam proſcribi eſt in exilium mitti: quia publice in tabella ſcripti exponebantur: apud Tacitum ſignificat proponi: & prætendi cum narrat lib. xi. fruſtra Armenium proſcribi: at præſcribere interdum eſt iubere: ut Cæſar non ad alterius ꝓſcriptum: ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueuerat: interdum prohibere. Quintilianus in declamationibus. accuſator præſcribit: q̃ bis de eadẽ re agere nõ licet: & præſcriptio ſecundũ iuriſconſultos eſt quoddã ius extempore congruens: authoritate legũ uim capiens: pœnam negligentibus inferens: & litibus finem imponens. differt autem præſcriptio & uſu capio: quoniam hæc eſt in rebus mobilibus: & ſe mouentibus: illa uero in immobilibus: & iuribus incorporalibus. lege plura de præſcriptione apud Fabium: & Plut. in problematibus. Auctione. i. publico uenditiõe: aucto gradatim ab emptoribus precio: cum res proponitur plus offerenti. Meo quincunce. ſemiſſe minus uncia: quæ pars peruenit ad me.

Hermes.
Proſcribi.
Præſcribere.
Præſcriptio.

Addixerit.uendiderit. Septingentis milibus.nummum.i.ſeptingentis ſextertiis. Tanto magis.ꝙ uili precio uendiderit. Ratum ſeruem.confirmẽ pro rato habeam. Celſus.ff.xxi. titulo de excœptiõe rei uenditæ:ſi quis inquit rem meam uendiderit minoris q̃ ei mandaui uidetur alienata. Probatũ.iti:laudari factum meũ. Secerno.diuido:ſeparo:nõ ſimul cum illorum partibus mea uendiderim. Maiore officio.iure amiciciæ quæ eſt mihi cum Corœlia:maius.n.amiciciæ uinculũ q̃ hæreditatis. Sacroſancta:uenerabilis tanquam res diuina:& deo confecrata.uide in primo Corœlii Rufi obitũ: & cum ſecũdo amiciciam. Minutio Fuſco. in uetuſto codice habetur Militio Fuſco. Vetera iura.antiqua uincula amiciciæ. Filio. Fuſci. Ludis meis.Circenſibus:quos prætor edidi: nã Iuuenalis docet prætores dare ſolitos Circenſes. Interea megaleſiacæ ſpectacula mappæ Idæũ ſolemne colunt: ſimiliſque triumpho Prædo caballorum prætor ſedet: & Martialis in Proculeiam ſcribens:prætor inquit maritus tuus ergo erat:diſſidium cum eo fæciſti cum purpura megaleſis fuiſſet conſtatura centummilibus: & populare ſactum bis milia dena tuliſſet. Præſederit.præſes fuerit: & faciendos curauerit.Hæc.Corœlia.Iſtic.Cõmuni.Larium noſtrum.lacum iuxta patriam noſtram Comũ. Maternis: paterniſque.quæ i agro Comenſi tenuit. Paternis. relictis a patre naturali:uel adoptiuo: ſiue ab utriſque.nã duos patres habuit Secundus. Corœliæ. quãuis mihi amiciſſimæ. Iſta.erant. Ei.Corœliæ. Tulit.ad Corœliam. Adiceret.uenderet. Meis moribus.meo conſenſu.liberaliter. Licuit.ſine illis uendere. Exemplũ meũ. ut & ipſi uendant ſuam portionẽ Corœliæ. Eadem iura.paria amiciciæ quæ mihi cũ illa uincula ſunt.fuit amicicia. æſtimaui amiciciã:quã utilitati præpoſui.

Circẽſes p Prætorem

Libellus

Libellum. annotauimus libellos ſignificare:quas nunc ſupplicationes uocant.libellus in ſuper pro accuſatione ſiue defenſione ſcripta breuibus: & per capita rerum apud Fabium accipitur: hunc igitur a ſe formatũ Minutio mittit:quo eius amicus uteretur:iocaturque quod quædam ſuper indidiſſet: & præſſa: & exilia: ſe uereri dicens ne tanquam tumidus notaretur: reposcitque uiaticum pro curſore miſſo. Nobis.ueris amicis:quibus omnia ſunt cõmunia. Diſperdendi.deſtruendi:& optima delendi. Vtiq; diſperdendi. ſane tempus habes inuertendi illum:facilius.n.corrũpũtur bona:q̃ expoliuntur. υμειϛ καρ δει ισχνοι.i.uos.n.ſemper tenues. nam ιϛχνον eſt humile dicendi genus. Optima.grandia elata:tonantia. Detrahitis. ab alienis ſcriptis tanq̃ tumida: & nimiũ inflata. Boni conſulã.bonũ iudicabo:ſecundũ Fabiũ libro primo rariſſimus hic dicendi modus quãuis elegantiſſimus.Columella tamẽ in præfatione cultus ortorũ:qcquid inquit eſt iſtud:quod lucubrauimus:ideo propriã laudẽ ſibi non uendicat:ut boni conſulat:ſi nõ ſit dedecori priꝰ editis a me ſcripto-

Cõſulere boni.

ſeptimgentis milibus Corœliæ addixerit:adiicis poſſe eos nongentis milibus uenire: ac tanto magis quæris:an quod geſſit: ratũ ſeruem. Ego uero ſeruo:quibus ex cauſis accipe.cupio enim: & tibi probatũ:& cohæredibus meis excuſatũ eſſe: ꝙ me ab illis maiore officio iubente ſecerno. Corœliã enim ſumma reuerẽtia diligo: Primũ ut ſororẽ Corœli Rufi: cuius mihi mẽoria ſacroſancta ẽ:deĩde ut matri meæ familiariſſimã. ſunt mihi:& cũ marito eius Minutio Fuſco optimo uiro uetera iura:fuerũt:& cũ filio maxima:adeo quidem ut p̄tore me ludis meis p̄ſederit. Hæc cũ ꝓxime iſtic fui indicanit mihi cupere ſe aliquid circa lariũ noſtrũ poſſidere. Ego illi ex p̄diis meis: quod uellet:& quanti uellet obtuli:exceptis maternis:paterniſq;:his enim cedere ne Corœliæ quidem poſſum. Igit̃ cũ obueniſſet mihi hæreditas ĩ qua prædia iſta:ſcripſi ei uenalia futura.has epiſtolas Hermes tulit:exigẽtiq; ut ſtatim portionẽ meã ſibi addiceret: paruit. Vides q̃ ratũ habere debeã:ꝙ libertus meus meis moribus geſſit. Supereſt ut cohæredes æquo animo ferãt: ſeparatim me uendidiſſe:quod mihi licuit omnino uendere. Nec uero coguntur imitari meum exemplum. non enim illis eadem cum Corœlia iura. Poſſunt ergo ĩtueri utilitatem ſuam: pro qua mihi fuit amicicia. Vale.

C. Plinius Minutio. S.

Libellũ formatũ a me ſicut exegeras:quo amicus tuus:ĩmo noſter:qd nõ enim cõe nobis:ſi res poſceret: uteretur: miſi tibi ideo tardius:ne tẽpus emẽdandi eũ:ideſt diſperdendi haberes. habebis tñ an emendandi neſcio: utique diſperdendi. υμειϛ καρα ει ισχνοι optima queq; detrahitis. qđ ſi feceris boni cõſulã. Poſtea

rum monumentis. Vt meis.cum tamen tua ſint:quia tibi donaui:ſed ſi nihil illis fueris uſus: opportu ne in his optimis & grandioribus in aliquam rem noſtram utar. Beneficio faſtidii tui. quæ tu.tanquā turgida faſtidiſti cedent mihi beneficio. Laudabor.a doctoribus te. Vt in eo.ſenſus eſt.ut quoq; inuenies in eo ꝙ arbitrabar annotatum iri a te ueluti nimium elatum: aliud annotatum ꝙ erat exile & preſſum. Et explicitum aliter ideſt attenuata figura expreſſum. Supraſcripto. ex ſupraſcriptione noſtra. Tumidius.ꝙ uicio datur.credo hunc Minutium fuiſſe: quem ſuppreſſo nomine octauo ad Lupercum ſcribens damnat. dixi inquit de quodam oratore ſæculi noſtri recto quidem & ſano:ſed parum grandi. Sonantius:& elatius: quam tu ſoleas dicere: debet autem orator erigi: attolli: interdum etiam efferueſcere: efferri. nihil enim magis eloquentiam quam ancipitia commendant: & plurimum refert repræhendenda annotes an inſignia: multi aduertunt ꝙ eminet: & extat: ſed acri intentione iudicandum eſt immodicum ſit an grande: altum: an enorme. Torqueres. te uexares optima tanquam immania notando. Addere. ſupraſcribere. Humilius.ꝙ dicendi genus uituperandum: nam præſſius & exilius interdum laudatur.

enim illis ex aliqua occaſione ut meis utar: & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor:ut in eo quod annotandum annotatum quoq; inuenies: & ſupraſcripto aliter explicitum. Nam cū ſuſpicarer futurum ut tibi tumidius uideretur: quod eſt ſonātius:& elatius: non alienum exiſtimaui:ne te torqueres: addere ſtatim ꝑſſius quoddam: & exilius: uel potius humilius:& peius: ueſtro tamen iudicio rectius. Cur.n. non uſquequaq; tenuitatē ueſtrā inſequar:exagitēq;:ut inter iſtas occupationes aliquid aliquādo rideres? illud ſerio uide:ut mihi uiaticum reddas: quod impēdi data opera curſore dimiſſo.næ tu cū hoc legeris nō ptes: ſed totū libellū improbabis:negabiſq; id ullius ꝑcii eſſe:cuius precium repoſceris. Vale.

C.Plinius Feroci.S.

FAdē epiſtola:& nō ſtudere te: & ſtudere ſignificat.ænigmata loquor? ita plāe: do nec diſtinctius: qđ ſentio: enunciem. Negas eni te ſtudere:ſed ē tam polita:ꝙ niſi a ſtudēte nō pōt ſcribi: aut es tu ſup omnes beatus: ſi talia per deſidiam:& ocium perficis. Vale.

C.Plinius Corœliæ.S.

TV quidē honeſtiſſime: ꝙ tā impenſe: & rogas.& exigis:ut accipi iubeā a te præciū agrorum: nō ex ſeptingētis milibus: quanti illos a liberto meo:ſed ex nongentis: quāti a publicāis partē uigeſimā emiſti. Inuicē ego: & rogo: & exigo:ut non ſolū quid te: uerūetiam qđ me deceat aſpicias. patiaris me ī hoc uno tibi

Rectius. melius exiſtimatum ſed falſo. Tenuitatem. ſtilum attenuatum.

Occupationes. urbanas: cum enim Secundus ſcripſit abetat ab urbe. Vide. ſcito: intellige. Viaticum. impenſam itineris. Curſore dimiſſo. tabellario ad te miſſo.. curſor eſt qui pedibus celeriter litteras defert. Alexandrum ſcribit Lampridius curſorem nunquam niſi ſeruum ſuum fæciſſe: dicebat enim ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere:& Paulus.ff.xxxii. curſores in familia recenſet. Aelius Verus ſuos curſores nominibus uentorum appellabat: & exemplo cupidinum alas apponebat: Papyrio Curſori cognomen inditum a præcipua pedum pernicitate: & ꝙ uictorem curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt. Næ. certe. affirmantis eſt: & ideo cum diphthongo ſcribeñ. Partes. elata membra & ſonantia. Precium.uiaticum. Curſor

FAdem. habet hoc Secundi epiſtola: ut quo longior eo eruditior: quo breuior eo argutior: tali nunc oſtendit Iulium Ferocem elegantiſſimam & politiſſimam epiſtolam ſcripſiſſe. Aenigmata.obſcuras quæſtiones. ... enim in parabolis & obſcure loquor. ueteres rōani ænigmata ſcirpos appellauere. aliquando oratori cōueniunt:ſed poetæ ſæpius. Negas. legimus etiam negat. ut reſpiciat: tua epiſtola.

TV. remittit ducenta ſextertia Corœliæ uolenti Secundo tradere pro qncūce hæreditatis nōgenta: quanti uigeſimam partē eiuſdē emerat a publicanis. Honeſtiſſime facis: Liberto. Hermete. A publicanis. ab his qui uectigalia publica redimunt:& rē publicā tractant: nā ſiue qs uerbi gratia frumētū & alias reip. res neceſſarias trāſportādas: ſiue decimas ac uigeſimas redemiſſet: ſiue teſtamēta q̄ reip. relinq̄bant: ſiue quo uis modo uectigalia & alios populi redditus exigēdos certo ꝓcio cōduxiſſet is publicāus dicebat. Caius de ſig. uer. q̄ uectigal populi ro. cōductū habet publicanū appellamus: nā publica appellatio in cōpluribus cauſis ad populū Ro. reſpicit. Vlp. de publicanis. publicani inqt ſunt qui publico fruunt: nā inde nomen habent: ſiue fiſco uectigal pendant: uel etiā Publicāus.

eodē aīo repugnare:quo ī omnibus obſeq ſoleo.

C.Plinius Saturnino.S.

REquiris qd agā:ꝗ noſti.diſtringor officio.amicis deſeruio. ſtudeo interdū:qđ nō interdū:ſed ſolū: ſemperq; facere:nō audeo dicerẽ rectius:certe beatius erat. te omnia alia quā ꝗ uelles agerẽ moleſte ferrē:niſi ea ꝗ agis eſſent honeſtiſſima.nā:& reip.ſuæ negocia curare: & diſceptare iter amicos laude digniſſimū ē. Priſci noſtri cōtuberniū iucundū tibi futurū ſciebam.noueram ſimplicitatē eius:noueram comitatem.eundem eſſe:quod minus notam:gratiſſimum experior:cum tam iucunde officiorum noſtrorum meminiſſe eum ſcribas. Vale.

C.Plinius Fabato Proſocero.S.

CAleſtriū Tyronē familiariſſime diligo: & priuatis mihi:& publicis neceſſitudinibus implicitū . ſimul militauimus:ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille. me in tribunatu liberorū iure pceſſit: Ego illū in ptura ſum conſecutus:cū mihi Cæſar annum remiſiſſet.ego in uillas eius ſæpeſeceſſi : ille in domo mea ſæpe conualuit.hic nunc proconſule prouinciam Bethycam per Ticinum eſt petiturus. Spero : imo confido facile me impetraturum ex itinere deflectat ad te:ſi uoles uindicta liberare:quos proxime iter amicos manumiſiſti. Nihil ē quod uerearis ne ſit hoc illi moleſtum : cui orbem terrarum

tributum conſequantur:& omnes qui aliquid a fiſco conducunt recte appellantur publicani.Paulus ibidem.publicani dicuntur:qui publica uectigalia habent conducta. Eodem.amico.

REquiris.exponit Saturnino poſtulanti quid ageret: monetq; remp.curare eſſe honeſtiſſimam rem:ac Priſcum gaudet officiorum memorem. Diſtringor. occupor. detineor. Officio. incertum qoo. Amicis deſeruio . in agendis cauſis. Rectius . quia optima philoſophiæ pars eſt agere negocium publicum:exercere iuſtitiam:amicis deſeruire: & tempora noſtra rei publi . impartiri. Beatius . iucundius.

Reip.ſuæ.patriæ ſuæ: erat enim in municipio ſuo Saturninus. Diſceptare.decernere : iudicare. Officiorum noſtrorum. beneficiorum ſuſcœptorum a nobis.

CAleſtrium . cauſas explicat ueteris amiciciæ cum Tyrone pro conſule : ut proficiſcentem in prouinciam non oereatur Fabatus Comum reuocare ab itinere recto ſeruorum liberandorum cauſa. Neceſſitudinibus implicitum.uinculis amiciciæ connexum. Militauimus . tribuni mil. fuimus in Syria. Quæſtores Cæſaris. candidati principis : qui libris principalibus in ſenatu legendis uacabant. Tribunatu. plebis : cuius in primo meminit.

Præceſſit liberorum iure . nam qui ius trium natorum habebant in honoribus præcedebant carentes ut.ff.de immunitatibus:nullos enim legimus liberos Secundum ſuſcœpiſſe. Conſecutus illum. eodem anno fui prætor quo Caleſtrius. per ordinem enumerauit dignitates:quo quæque prius daretur : a tribunatu enim militum ad Quæſturam : a quæſtura ad tribunatum pl.a tribunatu ad præturam:inde ad conſulatum : mox ad proconſulatum certo quodam inſtituto procedebāt: ſed hic omiſit conſulatum. in quo multo ante Caleſtrium præceſſerat. Remiſiſſet.conceſſiſſet poſſe petere præturam an-

Ticinum. te annum legitimum. Ticinum . oppidum Inſubriæ a Leuis & Maricis conditum non procul a Pado: diſtans a Placentia ſex & triginta miliariis ſi Straboni credimus : ſimili uocabolo præterfluens amnis : quem Verbanus lacus exonerat : Padum ingreditur.a Plinio diſſentiens Eutropius conditum ſcribit ab Inſubribus Boiis:clara ſane ciuitas multiplici fortuna nunc mutato nomine Papia appellatur : ubi omnium liberalium diſciplinarum celeberrimum gymnaſium. Ad te. Comum. Vindicta liberare . iuſſu eius in ueram libertatem conſtituere. ſerui a dominis ſæpe manumitti ſolent : adeo ut uel in tranſitu manumittantur : ueluti cum prætor:aut præſes:aut proconſul in balineū uel in theatrū eat. inde Caius.ff.xl.de manumiſſiōibus:nō eſt inquit oio neceſſe pro tribunali manumittere.Itaq; plærūq; in trāſitu ſerui manumitti ſolēt: cū aut laoandi:aut geſtādi aut ludorū gratia pdeat prætor:aot procōſul:legatus ue Cæſaris.ibidē pauli uerba melios in rē noſtrā faciunt.apud proconſulē poſtꝗ urbē egreſſus eſt uindicta manumittere poſſumus: ſed & apud legatū eius manumittere poſſumus.uindicta ergo interuentu & authoritate pconſulis: nō eni ſat erat ſeruū liberari a domino:niſi aothoritas prætoris:uel præſidis: uel pcōſulis interueniſſet: inde ſeqtur. Quos proxie inter amicos manumiſiſti.cuius manumittēdi forma talis fuit:ut dominus caput ſerui:aut aliud mēbrū tenens diceret:hunc hominē liberū eſſe uolo:& ſic eū e manu emittebat.hoc

Manumiſſio. amplius addit Appianus ; fuiſſe morem romanis in liberandis ſeruis dextra appræhenſos ad ſe conuertere:nā manumiſſio eſt datio libertatis: & ꝗdiu quis in ſeruitute eſt : manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: &

mahumiſſus liberatur à domini poteſtate.lege plura de manumiſſione in inſtitutionibus titulo de liber tinis:& libro ſeptimo.Codicis de libertate latina tollenda. Illi.Tyroni.

SVa.de recitatione plura diſſerit:ac rationes exponit:quibus ſint orationes recitandæ ſicut hiſtoriæ & carmina:& in tranſitu docet quomodo emendanda ſcripta : imprimis monet iudicio multorum credendum:exemplo Pomponii Secundi: qui iudicio populi multum tribuit. Sua.ſuo modo:& pro arbitrio ſuo. Mihi.hæc eſt recitandi ratio. Admoneat.ab auditoribus. Emendandas.ꝙ conſequimur recitando. Hiſtoriam debere recitari.teſtatur Tranqui.hæc antea in uſu fuiſſe: nam tradit Auguſtum benigne & patienter audiſſe non tantum carmina & hiſtoriam recitantes: ſed etiam orationes & dialogos.

circũire nõ erit lõgum mea cauſa.Proinde nimiã iſtã uerecundiam pone:teq; quid uelis conſule. illi tã iucũdũ eſt quã mihi quod ru iubes. Vale.

C.Plinius Nonio Celeri.S.

SVa cuiq; ratio ẽ recitãdi: mihi: qđ ſæpe iã dixi:ut ſiqd me fugit(ut certe me fugit)admonear.quo magis miror ꝙ ſcribis:fuiſſe quoſdã: q rephẽderẽt: ꝙ oratiões oĩno recitarẽ.niſi uero has ſolas nõ putãt emendãdas. a qbus libẽter reqſierim cur cõcedant(ſi concedunt tamẽ)hiſtoriã debere recitari:quæ nõ oſtẽtatiõi:ſed fidei ueritatiq; cõponiť.cur tragœdiã: quæ nõ auditoriũ:ſed ſcænã:& actorẽ: & cur lyrica:quæ nõ lectorẽ:ſed chorũ:& lyram poſcũt. At horũ recitatio uſu iã recæpta eſt. Num ergo culpãdus ẽ ille:q cœpit:quãquã oratiões: & nr̃i quidẽ:& græci lectitauerũt.Superuacuũ tamen eſt recitare:quæ dixeris:etiã:ſi eadẽ oĩa:ſi iiſdem oĩbus:ſi ſtatĩ recites. Si uero multa iſeras:multa cõmutes:ſi quoſdã nouos:quoſdã eoſdẽ:ſed poſt tẽpus adſumas:cur minus ꝓbabilis ſit cauſa recitãdi:q dixeris:q̃ edẽdi: Sed difficile ẽ: ut oratio dũ recitať:ſatiſfaciat.nã hoc ad laborem recitantis pertinet:nõ ad rationẽ nõ recitãdi. Nec uero ego dũ recito laudari:ſed:dũ legor:cupio. Itaq; nullũ emendãdi genus omitto: ac primum: quæ

Non oſtentationi.non ad pompam:& gratiam præſentium: ſed ut ſit κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ὑπὲρ ἐς τὸ παρὸν ἀκούσμα ſecundum Thucydidem. Sed fidei ueritatiq;. Lucianus in libello: cui titulus quomodo oporteat hiſtoriam ſcribi : ſi aliquam inquit adulationem ſumat hiſtoria : quid aliud quam pedeſtris quædam poeſis fit:hiſtoriæ unum officium : & finis utile : ꝙ ex uero ſolo colligitur:parum de pulchritudine curabit:dummodo abſolutam ueritatem habeat. hiſtorici autem officium unum : Vt geſta ſunt dicere: neq; enim hiſtoria debet egredi ueritatem. Cur tragœdiam.concedunt recitandam. Scænam.locum in theatro agendis fabulis excitatum : & ſicuti tria fabularum genera : ita totidem ſcenarum tragicum : comicum : ſatyricum. Actorem.hiſtrionem. Lyrica.carmina. Chorum.induci chorum in lyricis monſtrat Horatij ſæculare carmẽ: ꝙ a pueris & puellis in Capitolio cantabatur. in choris iunctim omnes loquebantur : quaſi uoce confuſa : & concentum in unam perſonam reformantes.Seneca decimotertio epiſtolarum : & cum Macrobius libro primo Sat.ad uerbum ſecutus : non uides q̃ multorum uocibus chorus conſtet unus.tamẽ ex omnibus ſonus redditur:aliqua eſt illic acuta:aliqua grauis:aliqua media : accedunt uiris fœminæ : interponuntur tibiæ : ſingulorum illic latent uoces : omnium apparent : & fit concentus diſſonus : de choro dico quẽ ueteres philoſophi nouerant:in commeſſationibus noſtris plus cantorũ eſt:q̃ in theatris olim ſpectatorum fuit.Columella.xiii.ubi chorus canentiũ non ad certos modos:neq; numeris præeũtis magiſtri cõſenſit:diſſonũ quoddam & tumultuoſum audientibus canere uideť:at ubi certis numeris ac pedibus uelut facta conſpiratione conſenſit : atq; concinuit ex eiuſdem uocũ concordia non ſolũ ipſis canentibus amicũ quoddam & dulce reſonat:uerũ etiam ſpectantes audienteſq; latiſſima uoluptate permulceť. Chorus.

Horũ.hiſtoriæ:tragœdiæ:lyricorũ.reſpondet obiiciendis. Recœpta.cõprobata. Cœperit.illa recitare. Noſtri.romani. Lectitauerũt.recitauerũt. Dixeris.apud iudices perorauerìs. uerba ſunt aduerſariorũ. Etiam.concedentis aduerbiũ.clarior lectio ſi reponať:eſt. Eadem omnia.quæ dixeras. Iiſdẽ omnibus.auditoribus. Statim.quia poſt tempus aliquod alia auditor cognoſcit. Multa iſeras.ꝙ fit, dũ emendamus. Nouos.auditores legiť etiam alios ſcilicet q̃ primo habueras. Poſt tempus. quo poterũt quæ probauerant improbare mutata priori ſententia. Quã edendi.tanq̃ diceret: ſi edendæ orationes:ſunt etiam recitandæ:nã recitando plubicamus. Satiſfaciat.placeat auditoribus. Hoc.ut curã habeat placendi. Non ad rationem.ratio nõ obſtat quo minus reciteť. Legor.poſt emiſſum opus: & me abſente. Emẽdãdi.emẽdatio eſt:q̃ ſingula ꝓ ut ipſa res poſtulat dirigimus æſtimãtes uniuerſo: Emẽdatõ.

ſcriptorum ſententiam diuerſam: uel correctio errorum:qui per ſcripturam dictionemue fiunt autho-
re Diomede. Pertracto.repeto:& non ſolum uerba ſunt emendanda:ſed numeri & ſententiæ. An-
notanda.emendanda. Penſito.diligenter examino. Tunc.cum recito. Nam.emendo. Quanto
ſolicitius intendo. cum quanta maiori ſolicitudine & cura ſum intentus in recitando reſpectu audi-
torum reuerentiæ:q̃ in emendando per me:aut cum paucis. Reuerentia.pudor.metus. quæ omnia io-
ſunt mihi recitanti propter auditorum frequentiam. Indicant. iudicium augent & acuunt. Sic ha-
be. melius intellige ſequenti exemplo.

ſcripſi mecum ip̃e pertracto.deinde duobus:aut
tribus lego:mox aliis trado annotãda:notaſq̃ eo
rum: ſi dubito. cum uno rurſus : aut cum altero
penſito.nouiſſime pluribus recito: ac:ſi quid mi
hi credis:tunc acerrime emendo . nam tanto dili
gentius:quanto ſolicitius intendo:optime autẽ
reuerentia:pudor:metus iudicant . Idq̃ adeo ſic
habe.nõne ſi locuturus eſſes cum aliquo quantũ
libet docto uiro:tamen minus cõmoueretis:quã
ſi cum multis uel indoctis? non ne cum ſurgis ad
agendum tum maxime tibi ipſe diffidis? tunc cõ-
mutata non plurima: ſed omnia cupis? utiq̃:ſi la
tior ſcæna : & corona diffuſior . nam illos quoq̃
ſordidos:pullatoſq̃ reueremur . Nonne ſi prima
quæq̃ improbari putes debilitaris: & concidis?
opinor:quia in numero ip̃o eſt quoddam magnũ
collatũq̃ cõſilium:quibuſq̃ ſingulis iudicii parũ:
omnibus plurimum. itaq̃ Pomponius Secũdus
ſcriptor tragœdiarum : ſi quid forte familiarior
amicus tollendum:ipſe retinẽdum arbitraretur;
dicere ſolebat ad populum prouoco : atq̃ ita ex
populi:uel ſilentio:uel aſſenſu:aut ſuam:aut ami
ci ſententiam ſequebatur.tantum ille populo da
bat.recte:an ſecus:nihil ad me.Ego enim nõ po-
pulum aduocarẽ:ſed certos: electoſq̃ ſoleo: quos
intuear:quibus credam:quos deniq̃ tanquã ſin-
gulos obſeruem:& tanquã nõ ſingulos timeam.
nã quod.M.Cicero de ſtilo:ego de metu ſentio.
Timor eſt emendator aſperrimus.hoc ipſum:q̃d
nos recitaturos cogitamus emendat : quod audi
toriũ ingredimur:emendat:quod pallemus: hor
reſcimus:q̃ circumſpicimus emẽdat.Proinde nõ
pœnitet me conſuetudinis meæ : quam utiliſſi-

Quantumlibet.maxime. Commoue-
reris.timeres : perturbareris. Agendum.
publice cauſam dicturus. Tunc . cum
multi audiunt. Omnia.tua ſcripta tan-
quam deteriora. Vtiq̃ . præſertim cu-
pis. Scæna latior. ſpectantium ingens
numerus. Corona . multitudo circum-
Pullatus. ſtantium. Sordidos . agreſtes. Pulla-
tos . attratos : imperitos. Fabius ſexto im-
peritis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt:
& ſecundo.iam collidere manus: terræ pe
dem incutere:fœmur: pectus: frontem cæ
dere: mire ad pullatum circulum facit.
Concidis. animo cadis : & deficis. Opi-
nor. ſic fieri puto. Numero. multitudi-
ne. Omnibus plurimum . reſpectu om
nium eſt ſummum:nam ſi parua multa in
unum contuleris ſurgent in maximum
cumulum : & Ciceronis teſtimonio ora-
tor uulgi aſſenſu : & populari approba-
tione iudicari ſolet :itaq̃ nunquam de bo
no oratore aut non bono doctis homini-
bus cum populo diſſenſio fuit:id enim ip-
ſum eſt ſummi oratoris ſummum orato-
rem populo uideri. Pomponius Secun-
dus. cuius uitam ſcripſiſſe Plinium ſenio-
rem ſupra retulit. Tollendum . de tra-
gœdiis ſuis delendum tanquam minus ap
tum. Retinendum.reſeruandum in ſcri
ptis ueluti opportunum. Ad populum
prouoco . eligo populi iudicium . ſilentio
populi amici ſententiam retinebat aſſen-
ſu uero ſuam. Populo dabat . defere-
bat iudicio populi : quare Cicero de cla-
ris oratoribus inquit Tibicen Antigeni-
das diſcipulo dixit ſane frigenti: ad popu
lum mihi cane & muſis : ego Bruto dicen
ti apud multitudinem mihi cane & popu-
lo.In ſumma.qui uulgi opinione diſertiſ-
ſimi habiti ſunt : eoſdem intelligentium
quoq̃ iudicio fuiſſe probatiſſimos credi-
derim. Recte. faceret. An ſecus. ma-
le : tantum iudicio populi tribuendo.
Nihil ad me . non pertinet ad propo-
ſitum noſtrum. Certos . doctos uiros: qui non falluntur iudicio ſuo. Tanquam ſingulos . pro-
pter ſummam eruditionem & authoritatem unumquemque uerear. Et tanquam non ſingu-
los . tanquam cœtum clarorum uirorum. De ſtilo . ſenſit : nam libro primo de Oratore ſtilus
inquit eſt optimus & præſtantiſſimus dicendi effector : atq̃ magiſter : neq̃ iniuria : nam ſi ſubitam:&
fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile uincit : hanc ipſam profecto aſſidua & diligens
ſcriptura ſuperabit. De metu . q̃ ſit emendator optimus. Hoc ipſum . imaginatio : phantaſia.
Circumſpicimus. frequentiam auditorum: & quod ex uultu: oculis: nutu: manu:murmure: ſilentio

cognoſcimus qd quiſq; ſentiat. Iſtorũ.q rephendũt q oio orationes recitarẽ. Aliqd.aliqd aliud emẽ dandi genus. His.a me pdictis. Satis.ad emendationẽ. Dare i manus hominum.publicare. Nõ.eẽ.

mã experior. Ideoq; nõ deterreor ſermũculis iſtorũ: ut ultro te rogẽ: mõſtres aliquid: quod his addá. nihil enim curæ meæ ſatis ẽ. cogito: q̃ ſit magnũ dare aliquid in manus hoium: nec pſuadere mihi poſſũ; nõ: & cũ multis: & ſæpe retractãdũ: quod placere: & ſemp: & oibus cupias. Vale.

C. Plinius Caninio Rufo. S.

DEliberas mecũ quẽadmodum pecuniá: quá municipibus noſtris in epulũ obtuliſti: poſt te quoq; ſalua ſit: hõeſta cõſultatio: non expedita ſententia. numeres reipublicæ ſummam: uerendũ eſt ne dilabatur ad ſacros: ut publice negligatur. equidem commodius nihil inuenio: q̃ quod ipſe feci: nam quingentis milibus nũmum: quæ in aliméta ingenuorũ promiſeram agrũ ex meis lõge pluris actori publico publice mãcipaui: eũdẽ uectigali impoſito recœpi: tricẽa milia annua daturus. p hoc. n. & reip. ſors i tuto: nec redditus icertus: & ipſe ager: ppter id quod uectigali large ſupcurrit: ſemper dominũ: a

DEliberas. epulum perpetuum Comenſibus promiſerat Caninius: ſed uerebatur ne ſi ſummã numeraſſet reip. procedente tempore ad ſacerdotes tranſiret: qu ire exemplo ſuo monet Secũdus ut ſe imitetur in eo munere: q patriæ donauerat pro alendis igenuis. Municipibus. nouocomenſibus. colligitur enim ex libro primo Caninium fuiſſe comenſem: ubi ad eundem ſcribens iquit. Quid Comum tuæ: meæq; delitiæ. Epulum publicũ cibum. Poſt te. poſt obitum tuum. Salua ſit. integra ſit: reſeruetur ad hoc: neq; transſeratur ad alia. Non expedita. non in promptu: obſcura: difficilis. Nũeres. ſi numeres. Sũmam. ex qua quotannis fiat epulum. Dilabatur. tranſeat: diffugiat: ſi quis legatam municipio pecuniam in aliam rem q̃ defunctus uoluit conuertere citra principis authoritatem non licet authore iuriſconſulto: fit tamen interdum ut ad alia tranſeat procedente tempore: cum non ſit: qui illam tueatur. Ad ſacros. ad ſacerdotes: qui ideo ſacri dicti q ſacra & res deorum curaret. Virg. Cereriq; ſacrũ Polyboetẽ. i. ſacerdotẽ Cereris: & Prudẽtius. O Chriſti Valerianæ ſacer; nã quicquid deſtinatum eſt diis ſacrum uocatur: ut Plautus ſacros porcos ad ſacrificium idoneos: & ſacerdotes a ſacris dictos q rebus diuinis pœſſent Varro tradidit. fuit igitur epulũ illud ad res diuinas cõſtitutũ: quibus die ſolẽni populus epularetur: erat ideo uerendum ne poſt mortem Caninii traduceretur ad ſacerdotes: neq; obſtat q Seruius ſcribit epulas hominum eſſe: q & nos fatemur: modo concedatur eas etiam inter ſolemnia ſacrorũ dari: & alioquin Apuleius. ix. refert dominum ædiũ ſacrificales epulas cũ ſacerdotibus deæ cœnitaſſe. Varro. iii. rei ruſticæ. quotus quiſq; eſt annus: quo nõ uideas epulum aut triũphum: aut collegia nõ epulari. Sacri. itẽ & Sacrani populi ſunt in codice nõ admodũ recenti ſcriptũ adnotaui de ſacro. i. de ærario. Vt publice negligat. timẽdũ eſt ne reſp. nõ curet id epulũ. ut ſolet fieri in oppidis: ubi publica negligunt: & hinc inde occupant. Cõmodius. tutius: ut ſors: & redditus diu duret. Quingentis milibus nummũ. quingẽtis ſextertiis. hæc erat ſors: ex qua triginta ſingulis annis: ut mox explicabit: pro alimentis ingenuorũ redimebant. In alimenta ingenuorũ. ut pueri liberi ſed egeni alerentur: q libro primo copioſe tractauit. igenui autẽ ſunt qui libera matre nati nec poſtea ſerui facti ſunt. Iuſtinianus latius explicat: ingenuus inqt eſt: qui ſtatim ut natus eſt liber eſt: ſiue ex duobus igenuis mrimonio editus: ſiue ex libertinis duobus: ſiue altero libertino: & altero ĩgenuo. ſed & ſi qs ex matre naſcit libera: patre uero ſeruo ingenuus nihilominus naſcit: quemadmodũ: q ex matre libera: & icerto patre natus eſt: quoniam uulgo cõcœptus eſt. Longe pluris. maiori precio qngentis milibus. erat enim mile centũ ſextertiis. Actori. curatori: q reip. bona curat: & rationes reddituũ impenſarumq; facit. eius fit mentio. ff. l. titulo de adminiſtratione reip. Mãcipaui. uẽdidi. diſtraxi: alienaui: nullo tamen ab illo precio recœpto.

Recœpi. reſumpſi apud me ab actore publico. Eundem. agrũ. Vectigali impoſito. ut teneret quotannis tricena milia reip. numerare. Vectigales agri uocant: qui in perpetuũ locant hac lege: ut quãdiu pro iis uectigal pendat: tam ſiu neq; ipſis: q conduxerint: neq; iis: q in locum eorum ſucceſſerint: auferri eos liceat: & alibi idem iuriſconſultus Paulus. agri publici: q imperpetuũ locant a curatore reip. ſine authoritate principali reuocari non poſſunt. habet autem horũ uectigaliũ agrorũ poſſeſſor aliquid ius in eis: unde Vlp. xxx. de legatis fundus inqt municipũ uectigalis ipſis municipibus legatus ualere legatum ſcribit Iulianus: qa aliquod ius in eo is qui legauit habet. Per hoc. hac ratione & uia. Sors. quingenta milia nummũ erant i tuto: neq; enim poterant interire. Incertus. fallax. Vectigali. triginta ſextertiis. Large ſupercurrit. longe in redditu excellit. xxx. ſextertia: nam maiores fructus inde colligebãtur.

Dominũ. ſentit Paulus q maximos fructus ex redemptione uectigalium conſequuntur: ſi tanti poſtea

Sacri. Epulum Ingenuus. Vectigalis ager.

locari non poſſint:ea prioribus penſionibus ſuſcipere compelli. Exerceatur. excolatur. Aliquanto plus. nam reſpectu redditus nihil amplius donauerat : quia ꝙ reliquum erat ipſius domini erat:ſed hoc aliquanto plus donauerat : ſi enim dominus agrum uoluiſſet alicui uendere : minoris uendidiſſet reditus ſuos qui ſuper currebant uectigali quia totus ager erat obligatus reipubli. Infregerit. minueꝛit. Neceſſitas uectigalis : neceſſitas pendendi reipubli.perpetuo triginta milia nummum. Aeternas. utilitates. perpetuam memoriam huius liberalitatis : cuius ueſtigium adhuc extare audio. Muneri ſuo. ut perpetuo duret. Facultatibus.præſenti utilitati.

quo exerceatur:íueniet.Nec ignoto me plus aliquāto:q̄ donaſſe uideor erogauiſſe:cū pulcherrimi agri p̄ciū neceſſitas uectigalis infregerit. Sed oportet priuatis utilitatibus publicas : mortalibus æternas ante ferri:multoq; diligentius muneri ſuo conſulere:quā facultatibus. Vale.

C.Plinius Priſco.S.

ANgit me Fāniæ ualitudo: quā cōtraxit: dū aſſidet Iuniæ uirgini : ſponte primū. eſt.n.affinis: deinde etiam ex authoritate pōtificum:nam uirgines: cū ui morbi ex atrio Veſtæ cogūtur excedere : matronarum curæ:cuſtodiæq; mandantur: quo munere Fānia dū ſedulo fungitur hoc diſcrimine implicita eſt.inſidens febris:tuſſis:orexis:ſumma macies:ſumma defectio:animus tantum : & ſpiritus uiget Heluidio marito: Thraſea patre digniſſimus. reliqua labūtur:meq; non metu tantum:uerum etiam dolore conficiunt.doleo enim fœminam maximam eripi oculis ciuitatis : neſcio an aliquid ſimile uiſurus.quæ caſtitas illi? quæ ſanctitas? quæ grauitas? quanta conſtantia? bis maritum ſequuta in exilium eſt. Tertio ipſa propter maritum relegata.nam cum Senectio reus eſſet:ꝙ de uita Heluidii libros cōpoſuiſſet : rogatūq; ſe a Fānia ī defenſione dixiſſet: quærēte minaciter Metio Caro an rogaſſet:reſpondit rogaui:an cōmētarios ſcripturo dediſſet:dedi:an ſciēte matre : neſciēte.Poſtremo nullā uocē cedētē periculo emiſit. Quinetiā illos ipſos libros:quāquam ex neceſſitate:& metu tēpoꝝ abolitos Senatuſcōſulto publicatis bonis ſeruauit:habuit:tulitq; in exilium exilii cauſam.eadē q̄ iocunda:q̄ comis:q̄ deniq;:quod paucis datum eſt: non minus amabilis: q̄ ueneranda

ANgit. Fanniæ ualitudinem honeſtiſſima cauſa contractam apud Priſcum Dolenter fert: ibiq; multa de illius ſanctitate : grauitate : conſtantia enumerat:quantaq; cum eius matre fuerit ſibi amicicia ſanctiſſimis uerbis proſequitur : & filiæ longiorem uitam precatur. Fanniæ.quæ fuit Heluidii uxor & Thraſeæ filia. Aſſidet .officii cauſa . aſtat. Virgini . ueſtali. Affinis . eius Iuniæ : nec mirum ſi ſponte aſſedit. Authoritate.iuſſu. Pontificum . qui curabant ueſtales. unde Gellius libro primo . uirgo ueſtalis ſimul eſt capta : & in atrium Veſtæ deducta : & pontificibus tradita eſt. Ex atrio Veſtæ . ex domo ueſtalium templo Veſtæ coniuncta inter Capitolium & palatium.
Diſcrimine.ualitudine. Inſidens.con
Orexis. tinua : latens. Orexis . nauſea : uomitus. Iuuenalis . rabidam facturus orexim: ſed is ab eo quod præcedit ad id ꝙ ſequitur ſumpſiſſe potuit pro appetentia ut ſatyra undecimo.hinc ſurgit orexis : hinc ſtomacho bilis : Lampridio in Heliogaballo : orexim conuiuio hanc eſſe aſſerente. nam ὀρέκομαι a quo orexis: non modo appeto ſed excito plærunq; ſignificat.
Digniſſimus . ſimillimus & per id maximus. Heluidio marito . Fannia maritum habuit Heluidium Priſcum : & patrem Petum Thraſeam. Reliqua . corporis uires: & habitudo. Labuntur.abſumuntur. Oculis ciuitatis . a conſpectu Romanorum:quibus erat exemplum uirtutis. Simile . tam laudabile. Bis. primo ſub Nerone : ſecundo . ſub Veſpaſiano. Senectio reus . nos inquit Tacitus de cauſis corruptæ eloquentiæ : innocenti ſanguine Senectio perfudit. accuſatus enim fuit a Caro delatore ſub Domitiano ꝙ uitam Heluidii Priſci conſcripſiſſet : mox reus ꝙ nullum magiſtratum poſt Quæſturam petiuiſſet damnatus eſt referente Dione. Dixiſſet.Senectio. Rogatum.ut uitam mariti ſcriberet. In defenſione.ſui:ut per id ſe defenderet. Metio Caro.delatore notiſſimo ſub Domitiano. Quærente . interrogante Fanniam. Reſpondit.Fannia. Commentarios.indices rerum a marito ſuo geſtarum. Scripturo.Senectioni. Matre.Arria:quæ tūc uiuebat. Neſciente.reſpōdit Fannia ſe id fæciſſe inſcia matre. Cedentem periculo.per quam uideretur uelle iminens piculum uitare. Libros.editos a Senectione de uita mariti.
Abolitos ſublatos.dato triumuiris miniſterio ut monumēta clariſſimoꝝ uiroꝝ in foro cōburerẽtur

nam fuit Domitianus: quamuis in principatus initio poeticæ ſtudioſus uideretur: ſtudiis inimicus: primum philoſophis urbe ſubmotis: & Hermogene propter quaſdam in hiſtoria figuras occiſo: librariis etiam qui eam deſcripſerant crucifixis. Publicatis. redactis in ærarium. Exilii cauſam. Heluidii uitam editã a Senectione. Eadem. Fannia. Comis. faceta. Quod paucis datũ eſt: ut poſſint ſimul amari & uenerari. Nec erit. nulla mulier poſtea in urbe inuenietur. Sic. quemadmodum Fanniam. Leguntur: monumentis litterarum celebrantur. Domus. Heluidii liberi. Nutare. minari ruinam. Poſteros. ſiue hæc epiſtola ſcripta fuerit ante illam ex libro quarto ubi meminit duas Heluidii filias interiiſſe: & intelligamus tres liberos duas fœminas & marem: ſiue tantum marem nomine Velium Heluidium: cui Fannia nouerca fuit. Quantis enim uirtutibus. ſenſus eſt. licet in familia Heluidii adhuc ſuperſint poſteri: tamen neceſſe eſt: ut hi ſummis uirtutibus nitantur: ne iſta uideatur fuiſſe extrema in ſua domo. Nouiſſima. quæ ſola ob uirtutes poſt maritum & maiores nominetur. nam uere dici poſſunt ſuæ domus nouiſſimi: qui uirtute præditi nullos ſibi ſuorum ſimiles reliquerunt. Illam. Arriam admirandam. Illuſtrius. magis famoſum & celebratum. Fœminæ. Fanniæ. Rurſus. quia cum hæc Secundus ſcriberet ex humanis exceſſerat Arria. Hæc. Fannia.

nec quã poſtea uxoribus nr̃is oſtentare poſſimus erit: a q̃ uiri quoq; fortitudinis exẽpla ſumamus: quã ſic cernẽtes: audiẽteſq; miremur: ut illas q̃ leguñt. ac mihi domus ipa nutar̃: cõuulſaq; ſedibus ſuis ruitura ſupra uideẽ: licet adhuc poſteros habeat. quãtis. n. uirtutibus: quãtiſq; factis adſeq̃ntur: ut hæc nõ nouiſſima occiderit? me q̃dẽ etiã illud adfligit: & torq̃t: ꝙ matrẽ eius illã (nihil poſſum illuſtrius dicere) tãtæ fœminæ matrẽ rurſus uideor amittere: q̃ hęc: ut reddit: ac refert nobis: ſic auferr ſecũ: meq;: & nouo ꝑiter: & reſciſſo uulnere adficiet. utrãq; colui: utrãq; dilexi: utrã magis neſcio: nec diſcerni uolebãr: habuerũt officia mea i ſcd̃is: habuerũt i aduerſis. Ego ſolatiũ relegatarũ: ego ultor reuerſarũ. nõ fæci tñ paria: atq; eo magis hãc cupio ſeruari: ut mihi ſoluendi tp̄a ſuꝑſint. In his erã curis: cũ ſcriberẽ ad te: quas ſi deus aliq̃s i gaudiũ uerterit: de metu nõ querar.

Vt reddit. ſicut in omnibus uirtutibus matrem repræſentat. Aufert. iterum tollet a nobis. Nouo uulnere. morte Fanniæ: & per eam matris interitus recordatione. Reſciſſo. renouato. dolore Arriæ. Diſcerni. cognoſci. quia pari charitate certabant. In aduerſis. nam relegatarum ſolatium fuit: & reuerſarum ultor: cum Publicium certum Heluidii accuſatorem reum peregit. Non fæci tamen paria. non reddidi illis paria beneficia ideſt quæ merebantur. modus dicendi elegans & circumciſus. idem in panagyrico. ſolus ergo adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo fæciſti: Nazarius: ambo benigni ratiocinatores officiorum paria fæciſtis. Sceuola de ſtatu liberis quærit quid ſit paria facere: & poſt multa: paria facere interpratatur reddere iuſtas rõnes: & totũ debitũ ſoluere. Calliſtratus de iure imũitatis accipit paria fiſco fæciſſe pro ſatiſfeciſſe & ſatiſdediſſe. Seruari. diutius uiuere.

Paria facer̃

C. Plinius Tacito. S:

Librũ tuũ legi: & quã diligẽtiſſime potui adnotaui: quæ cõmutãda: quæ eximẽda arbitrarer. nã: & ego uerũ dicer̃ aſſueui: & tu libẽter audire. Neq; enim ulli patiẽtius rep̄hẽduntur: q̃ q maxĩe laudari merẽtur. Nũc a te librũ meũ cũ adnotatiõibus tuis expecto. O iucũdas. O pulchras uices q̃ me delectat. ꝙ ſi q̃ poſteris cura nr̃i uſquequaq; narrabit̃: qua cõcordia: ſimplicitate: fide uixerimus. erit rarũ: & iſigne duos hoĩes dignitate: & ætate ꝓpe modũ æquales: nõnullius in litteris nois (Cogor. n. de te quoq; parcius dicere: quia de me ſimul dico) alterũ alterius ſtudia fouiſſe. Equidẽ adoleſcẽtulus: cũ iam tua fama: gloriaq; floreret: te ſequi: tibi lõgo: ſed

Librum. quamuis ſæpius alibi teſtentur epiſtolæ Secundi quanta coniunctus. Tacito fuerit amicicia: Nulla tamen magis utriuſq; familiaritatem & coniunctionem quam iſta recludit: ut & ſtudia & famam communem habuiſſe cognoſcatur: ſeq; totum ab ineunte ætate ad imitandum Tacitum dederit. Commutanda. aliter dicenda. Eximenda. pœnitus tollenda. Adnotationibus. emendationibus. Librum. quem pariter Tacito miſerat emendandum. Quam me delectat. iſta emendandi uiciſſitudo. Vſque quaq;. ſemper. Inſigne. præclarum. Aetate propemodum. nam Secundus iunior erat. Nominis. famæ. Parcius. quia dixerat alicuius & nõ magni nois: ut debuiſſet de Tacito loqui: ſed cũ ſe quoq; cõplexus eſſet arrogantiæ uitandæ gratiæ utriuſq; facultatem minuit. Fouiſſe. excoluiſſe: emendaſſe.

Tibi longo.gaudet Secũdus ſuis epiſtolis inſerere Virgiliana carmina: hic enim libro quinto inquit. Primus abit:longeq; ante omnia corpora Niſus Emicat: huic longo ſed proximus interuallo inſequitur Salius.proximus igitur Tacito Secundus erat in eloquentia ſed longo interuallo. talis fuit Alcinoi ſententia de eo poeta:qui futurus erat Virgilio proximus.inquit enim Longe erit a primo quiſq; ſecũdus erit. Proximus.propter imitationem tui.non q tunc non eſſent clariores me. Similitudo naturæ.quæ multum facit ad conciliandam amiciciam:nam authore Columella ſimilia ſimilibus faciliora

Similitudo morũ.

fæcit natura:bonum bono aptiſſimum:& malum malo: hinc Aruns Tarquinius & Tullia minor ingenio truci breui conuenere. Imitabilis . facilis ad imitandum. Imitandus. imitari dignus. Si quis de ſtudiis ſermo. ſi quis loquitur qui in urbe ſint eloquentiſſimi: & ſtudiorum amantiſſimi. Vna nominamur.libro octauo. hunc locum declarat. narrabat inquit mihi Cor.Tacitus ſediſſe Circenſibus proximum equiti Ro. hunc poſt uarios eruditoſq; ſermones requiſiſſe italicus es? an prouincialis?ſe reſpondiſſe: noſti me: & quidem ex ſtudiis: ad hoc illum: Tacitus es?an Plinius? Nec deſunt.ſunt in urbe noſtra. Præferantur . præponantur nobis.tanquam doctiores. In hoc primus. ſi doctior te ab aliquibus credor:tunc me omnium qui ſunt in urbe doctiſſimum credo . quia te ſecundum faciunt : ſi uero te primum alii putant: tunc ſecundum doctum me exiſtimo: quia tua ueſtigia penitus ſequor. tanti facit Taciti doctrinam: latenter tamen innuit ſe fuiſſe doctiſſimos qui tunc erãt romanorum. Teſtamentis.ſubſcribendis & ſignandis: quibus tibi primum: mihi ſecundum locum conceduntur:an in legatis: quibus primi nominamur. Amiciſſimus.qui alterum alteri pro amicicia præponat. Spectant.tẽdunt:conueniunt.

PAreo. Cornuto monenti ut infirmitati oculorum cõſuleret: ordinem uitæ ſuæ enumerat: & pro gallinis miſſis cum amico iocat. Collega. uel i præfectura ærarii uel in cõſulatu:nam utrunq; magiſtratum ſimul geſſere. Huc. in Thuſcos. Tecto uehiculo incluſus. circumcluſo recubans uehiculo: ac ſi eſſem in cubiculo. Stilo . compoſitione . ſcriptura. Sed abſtineo. ſed tamen abſtineo quamuis difficulter. Auribus . alio legente. Opaca aliquantulum inumbrata . ſub obſcura . Celſus præcipit in lippitudinis curatione primo die loco obſcuro cubare: & a ſermone abſtinere. Cryptoporticus.latẽtes porticus: in quibus uerſor. Inferioribus.inferiori parte. Tantũ umbræ.a dimidio inferiori. Luminis.a dimidio ſuperiori ubi feneſtratum pars fuit adaperta. Balineum.curatur lippitudo ſecundum Celſum balineo: uino:gete:abſtinẽtia. Cuſtos.qui ꝓhibet ne ſupra modum bibam. Te.amiciſſimo. Acribus intentis:acutis. Lippis.cœcutientibus ab oculis lacryma deſtillante.

MInus.ĩdicat Falcõi Munitiũ ꝓ quo ĩpetrauerat tribũatũ eẽ uiꝝ dignitate:natalibus: facultatibus & ſtudiis ſummũ. Petiiſſe.fortaſſe corã:nam nõ extant ullæ litteræ: qbus hunc petierit

proximus ĩteruallo:& eẽ:& haberi cõcupiſcebã: & erãt mlta clariſſima:igẽia. Sed tu mihi(ita ſimilitudo naturæ ferebat)maxĩe imitabilis: maxĩe imitãdus uidebaris.quo magis gaudeo:q ſiqs de ſtudiis ſermo:una noiamur:& ego d te: tu de me loquẽtibus ſtatim occurris nec deſũt q utriq; noſtrũ ꝑferant.Sed nõ nihil intereſt mea quo loco iũgimur.nã i hoc primus: qa tu ꝓximus : & ego ꝓximus:quia tu primus.quinetiã in teſtamentis debes adnotaſſe:niſi qs forte alterutri noſtꝝ amiciſſimus:q omnia huc ſpectãt:ut iuicẽ ardentius diligãus:cũ tot uiculis nos ſtudia: mores: famæ ſuꝑma deniq; hominũ iudicia cõſtringãt. Vale.

C.Plinius Cornuto.S.

PAreo collega chariſſime: & infirmitati oculoꝝ:ut iubes:cõſulo.nam: & huc tecto uehiculo undiq; iclusus:q̃ſi ĩ cubiculo puẽi:& hic nõ ſtilo modo:uerũ etiã lectiõibus difficulter:ſed abſtieo:ſoliſq; auribus ſtudeo.cubicula obductis uelis opaca:nec tamẽ obſcura facio.Cryptoporticus quoq; adoptis inferioribus feneſtris tm̃ umbræ quãtũ luminis habẽt.ſic paulatiꝫ lucẽ ferre cõdiſco.Balineũ aſſumo:& ꝓdeſt Vinũ nõ nocet:parciſſime tñ: ita aſſueui: & nũc cuſtos adeſt.Gallinas ut a te miſſas libẽter accœpi:quas ſatis acribus oculis quãquam adhuc lippis pinguiſſimas uidi. Vale.

C.Plinius Falconi.S.

MInus miraberis me tã iſtãter petiiſſe: ut in amicũ meũ cõferres tribunatũ: cum ſcieris:quis ille:qualiſq;.Poſſum autẽ iã tibi:& nomẽ ĩdicare:& deſcribere ipm:poſtq̃ polliceris.Eſt Cornelius Munitius Acilianus orna-

Regionis meæ.transpadanæ:ná erat Cor.Munitius Acilianus Brixienſis. Amat ſtudia. ſtudioſus eſt. Vt ſolent pauperes.qui urgente rerũ inopia ſtudent ardentiſſime:nec ullis uoluptatũ illecebris emolliuntur:ſed per ardua quæq; prorumpunt.ad hoc extat græcum illud elogiũ.πενια σοφιαν ελαχεν. ideſt paupertas ſapientiam ſortita eſt:quando quidẽ pauperes multis artibus ſtudent:& ſecundum Senecam:immo quottidianam experientiam:hominem experiri multa paupertas docet:Iuuenalis ſatyra.viii. inquit pauperes ad ſtudia perſpicaciores.tamen ima plebe quiritẽ Facundũ inuenies: ſolet hic defende- Pauperes ſtudioſiores.

mentũ regionis meæ:ſeu dignitate:ſeu moribus. natus ſpledide.abũdat facultatibus.amat ſtudia ut ſolẽt pauperes.Idẽ rectiſſimus iudex: fortiſſimus aduocatus: amicus fideliſſimus. accœpiſſe te bñficiũ credes: cũ propius inſpexeris hominẽ oibus honoribus:oibus titulis(nihil uolo elatius de modeſtiſſimo uiro dicere)parem.

C.Plinius Fabato Proſocero.S.

Audeo quidẽ eſſe te tam fortẽ: ut Mediolani occurrere Tyrõi poſſis. Sed ut pſeueres eẽ tã fortis rogo:ne tibi cõtra rõnem ætatis tantũ laboris iniungas.quinimmo denuncio:ut illũ:& domi:& itra domũ: atq; itra cubiculi limẽ expectes.&.n. cũ a me ut frater diligat:ñ debet ab eo quẽ ego parẽtis loco obſeruo exigere: officiũ:qđ parẽti ſuo remiſiſſet. Vale.

C.Plinius Geminio.S.

Ommidia q̃dratilla paulo minus octogeſimo ætatis ãno deceſſit uſq; ad nouiſſimã ualitudinẽ uiridis:atq; etiã ultra matronalẽ modũ cõpacto corpore: & robuſto. deceſſit honeſtiſſimo teſtamẽto. Reliq̃t hæredes ex beſſe nepotẽ:ex tertia pte neptẽ. Neptẽ parũ noui.nepotẽ familiariſſime diligo adoleſcẽtẽ ſingularẽ:nec iis tm̃: quos ſanguie attigit iter ppinquos amãdũ. Ac primũ cõſpicuus forma oẽs ſermones malignoꝝ: & puer:& iuuenis euaſit: itra q̃rtũ:& uigeſimũ annũ maritus:& ſi deus annuiſſet pr̃ uixit i cõtubernio auiæ delicate: ſeueriſſime: & tñ obſequẽtiſſime. Habebat illa Pantomimos.fouebat effuſi⁹:q̃ pricipi fœmiæ cõueniret. Hos Quadratillus:ñ i theatro:nõ domi ſpectabat:nec illa exigebat. Audiui ipſã:cũ mihi cõmẽdaret nepotis ſui ſtudia:ſolere ſe ut fœminã i illo ocio ſenii laxar eaſuz luſu calculoꝝ:ſoleñ ſpectare Pãtomios ſuos:Sz cũ factura eẽt alterutrũ:ſp

re cauſas Nobilis indocti: ueniet de plebe togata:Qui iuris nodos: & legũ ænigmata ſoluat. Credes.trãſferendo in eũ tribunatum. Propius.melius.familiarius. Titulis.laudibus. Elatius.glorioſius.magnificentius.

Audeo.monet Fabatũ ut domi præſtolet Tyronis aduentũ:neque in itinere ei occurret. Tyrom Caleſtrio Tyroni procõſuli proficiſcenti i Hiſpaniã. Perſeueres.cõſerues hãc tuã fortitudinẽ quiete. Aetatis. admodũ ſenilis. Domi.Comi. Domũ. tuam priuatam. Ab eo.a te. Officium. occurrendi obuiã in itinere. Remiſiſſet. condonaſſet.noluiſſet.

Ommidia. Quadratilla Quadratillum nepotem modeſtiſſimum tanta reuerentia educauit: ut quoties uellet ſpectare pantomimos ſiue ludere: calculis iuberet illũ abire: quod poſt mortem auiæ cum reſciſſet Secundus cum magna admiratione: & gaudio rẽ totã Geminio per epiſtolam expoſuit. Commidia. frequentior lectio habet Numidia. Viridis. robuſta: fortis. Cõpacto. neruoſo. Honeſtiſſimo teſtamento. condito ſuo teſtamento cum prudentia: unde maximũ retulit honorẽ. Beſſe.duabus tertiis. Tertia parte:aſſis ideſt ex triente:nam beſſe: & triente.uniuerſa hæreditas exhauritur. Nec amandũ. nepos Quadratillæ nec tantũ eſt amandus inter propinquos quos attingit ſanguine:ſed ab aliis etiam. Propinquos quos attingit ſanguine. ná ſunt: & aliarũ rerũ propinqui:ut ædiũ:ut agrorũ. Malignorũ. maledicorũ. quia ſ.is eſt cũ forma magna pudiciciæ. Maritus ducẽs uxorẽ.Si deus annuiſſet. ná uxor ei⁹ fecit abortum.Auiæ.Quadratillæ. Delicate. in uictu: & ueſtitu. Seueriſſime.in moꝝ cura. Obſequentiſſime.libentiſſime. Illa.Quadratilla. Pantomimos.omniũ geſticulatores. Fouebat effuſius. ſupra modũ horũ geſticulationes amplectabatur. Principi fœminæ. inter prias urbis fœmias dignitate:diuitiis authoritate.Quadratill⁹.nepos.Quadratillæ. Exigebat.permittebat ut ſpectaret.Ocio ſenii.in illa ætate cõfecta:q̃ ſenibus ociũ cõpetit. Vt fœmia. q̃ ciuilib⁹ negociis:neq; externis ullis diſtrigit. Calculoꝝ.ſchacoꝝ de qbus Mart.Inſidioſorũ ſi ludis bella latronũ Gemme⁹ iſte tibi miles & hoſtis erit:Ouid.i arte Siue latrocinii ſub imagie calculus ibit:Fac pẽat uitreo

ſe nepoti ſuo pcepiſſe: abiret:ſtuderetq;. Quod
mihi non amore eius magis facere:q̃ reuerẽtia ui-
debatur. Miraberis: & ego miratus ſum: proxi-
mis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſio-
ne pantomimis: cum ſimul theatro ego: & Qua-
dratillus egrederẽur: ait mihi: ſcis me hodie pri-
mũ uidiſſe ſaltãtẽ auiæ meæ libertum? Hoc ne-
pos. at mehercule alieniſſimi hoĩes in honorem
Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorẽ p adula-
tionis officiũ) in theatrũ curſitabant: exultabãt:
plaudebant: mirabantur: ac deinde ſingulos ge-
ſtus dominæ cũ canticis reddebant: qui nunc exi-
guiſſima legata theatralis operæ Corollariũ ac-
cipiẽt ab hærede: q nõ ſpectabat. hæc ſcripſi pri-
mũ quia ſoles: ſi quid incidit noui: nõ inuitus audi-
re: deinde quia iucundũ ẽ mihi in hoc: qđ cœpe-
rim gaudiũ ſcribẽdo retractare. gaudeo. n. pieta-
te defunctæ: honore optimi iuuenis. lætor ẽt: q
domus aliqñ. C. Caſſii: huius: q Caſſianæ ſcholæ
priceps: & parens fuit: ſeruiet domino nõ minori

miles ab hoſte tuus. Reuerentia. ut ſe reueretur. Productis. theatro aſſignatis. Cõmiſſione. certami-
ne. Proximis. nuper editis. Sacerdotalibus ludis. ſacris certaminibus: Tacitus in Nerone: quia reddi-

Ludi ſacerdotales.

ti q̃q̃ ſcenæ pantomimi: certaminibus ſacris prohibebantur: eis faciundis præerant ædiles. dicti autẽ ſa-
cerdotales: & ſacri: quod diis ſacri eſſent. in quos ſic inuehitur diuus Auguſtinus. ueniebamus nos etiã
aliquando adoleſcentes ad ſpectacula: ludibriaq; ſacrilegiorũ: ſpectabamus arrepticios: audiebam⁹ ſym-
phoniacos ludis turpiſſimis: qui diis deabuſq; exibebant: oblectabamur cœleſti uirgini: & berecynthiæ
matri deorũ omnium: ante cuius lectum
die ſolemni lauatiõis eius: talia per publi-
cum cantabantur a nequiſſimis ſcenicis:
qualia nec matrem ipſorum ſcenicorum
deceret audire: cur ergo ludi ſcenici ubi
hæc laſciua dictitantur: cantitantur: acti-
tantur: deorum honoribus exhibentur? in-
ter res diuinas a doctiſſimis conſcribunt?
nota hiſtoria Titi Latini Ruſtici: cui cum
ſæpius in ſomnis dictũ eſſet in ſenatu nũ-
ciaret: ut ludi romani inſtaurarentur: nec
ſtatim paruiſſet amiſſo filio ipſe æger tan-
dem rem in curia expoſuit ſtatim recupe-
rata ualitudine: quo commotus ſenatus
quadruplicata pecũia ludos cẽſuit inſtau-
rari: in quibus poetica numinum crĩa fre-
quentabantur: corruptorẽ pudiciciæ Iouẽ
turpiſſimi hiſtriones cantabant: agebant:
C. Plinius Traiano Imp. S.

innuit: minores ſcribit. xxv. annorum decuriones factu: ſportulas decurionum accipiunt. Aliud aliis. non eandem: ſummam omnibus: ſed minorem huic. maiorem illi. Inferre. dare: dilargiri. Buleutæ. ſenatores.

HOnorarium. ſeruandam præcipit uniuſcuiuſq; loci conſuetudinem. Honorarium decurionatus. quod datur honoris cauſa dum fiunt decuriones: Paulus de muneribus. æſtimationem honoris aut mũeris in pecunia pro adminiſtratione offerẽtes audiendi non ſunt. Qui pro honore pecuniam promiſit: ſi ſoluere eam cœpit: totã præſtare operis ichoati exemplo coactus eſt. decurionatus autem ſecundum Calliſtratum municipalis honor appellatur: ſiue cum ſumptu: ſiue ſine erogatione cõtigerit: uulgo etiam nunc inquit honorarium dicimus id mun⁹: quod honoris cauſa erogatur: ſed honorarium ius prætoris ius eſt: hinc honorarios tutores a prætore datos uocat Vlp. Acturos. Bithynnos & Ponticos. Vt erogatio cæteris præferatur. ut minus grauentur in pecuniarum illatione q̃ cæteri: decuriones ſpontanei. Honorarium.

LEge: quærit an decuriones aliarum ciuitatum debeant eiici lege Pompeia: quæ uetabat alienum ciuem aſcribi ſenatui alterius ciuitatis. Aſcribere. in ſenatum legere. Cenſoribus: a cenſoribus: qui etiam in oppidis creabantur ut teſtãtur iuriſconſulti: de quorum officio libro. viii. multa protulimus. Eum. decurionem. Buleutas. ſenatores βουλευται enim qui reip. conſulunt. Concuterentur perturbarentur. Ea pars. id caput: quo uetabat alienum ciuem aſcribi in alterius ciuitatis ſenatum. Conſenſu. Modeſtinus omne ius aut conſenſus fecit: aut neceſſitas conſtituit: aut firmauit conſuetudo. Exoleuiſſet. deſueuiſſet. Capita legis plura enim capita cõtinebat lex Pompeia.

MErito. permittit eſſe in ſenatu: qui iam adlecti fuerant: uetat in futurum alienum aliquem adſcribi.

Celebrare. Qui.dubitat ex inuitatiōe multoꝝ ad ſolemnia officia iter Bithynos factionē & diſcordiā oritura. Virilem togā.quam ſumere cōſueuerant ad ſeptimū decimū ætatis annū. Bulen.ſenatum. Vocare.inuitare. Dare.diſtribuere unicuiq;. Celebrandū. ulla celebritate & pompa agendum.celebrare eſt ſelemniter peragere.& celebrata ꝑ ſolemnia & iuſta.poſuit Mart.ix. Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata uirorum Se fæciſſe Cloe. Et quatenus.& ſi celebrandum ſit modū reſcribas.Solemnibus cauſis.quales ſunt prædictæ. Diamories.diuiſionis:factionis.

Qui uirilem togam ſumunt : uel nuptias faciunt:uel ineunt magiſtratū:uel opus publicum dedicant:ſolent totam bulen atq; etiam e plebe non exiguum numerum uocare:binoſq; denarios uľ ſingulos dare. quod an celebrandum:& quatenus putes:rogo ſcribas: ipſe enim ſicut arbitror non imprudenter præſeī tim ex ſolemnibus cauſis concedendum iuſſi inuitationes:ita uereor. ne ii: qui mile homines interdum etiam plures uocāt modum excedere: & in ſpeciem diamories incidere uideantur.

Traianus Imp.C.Plinio.S.

Merito uereris : ne in ſpeciem diamories incidat inuitatio:quæ & in numero modum excedit : & quaſi per corpora non uiritim ſingulos ex notitia ad ſolemnes ſportulas contrahit. Sed ego ideo prudētiam tuam elegi:ut reformandis iſtius prouinciæ moribus ipſe moderareris:& ea conſtituas: quæ ad perpetuā eius prouinciæ quietem.eſſent profutura.

C.Plinius Traiano Imp.S.

Athletæ domine ea:quæ ꝑ iſelaſticis certaminibus conſtituiſti: deberi ſibi putāt ſtatim ex eo die:quo ſunt coronati.nihil enim referre:quando ſint patriā inuecti:ſed quādo certamīe uicerint ex quo inuehi poſſint. Ego contra ſcribo Iſelaſticorum nomine: ita tamen ut uehementer addubitem : an ſit potius id tempus:quo ειϭηλάϭαν: intuendum. iidem obſonia

Merito.relinquit prudētiæ Secūdi ordinandum ꝙ ad perpetuā Bithyniæ tranquillitatē faciat. Corpora.factiōes:ſectiōes: collegia Ouidius libro primo metamorpho. Corpus. tamen illud ab uno Corpore: & ex una pēdebat origine bellum. corpore igitur pro factione & hominum congregatiōe. Martianus de collegiis illicitis & corporibus mandatis principalibus præcipitur præſidibus prouinciarum ne patiantur eſſe collegia ſodalitia.i ſumma autem niſi lex ſenatuſcōſulti authoritate uel Cæſaris:collegium uel quodcunq; tale corpus coierit contra leges erit.& Calliſtratus de iure immunitatis : quibuſdam īquit collegiis uel corporibus:ut eſt fabrorum corpus.& corpus imperii pro illa orbis parte: quæ ſubiacet imperio ro.Tacitus poſuit:ſi immenſum imperii corpus ſtare ac librari ſine rectore poſſit.corpus in phyſica uocat Apollodorus ꝙ ſecetur in tria: in longitudinē: latitudinem:altitudinem. Sportulas.largitiones:diſtributiones. Prudentiam tuā elegi. hinc apparet miſſum Secundum ad Bithyniæ Pontique ſtatum ordinandum: moreſque reformandos: ſic legimus apud Tranq. Galbam proconſulem obtinuiſſe biēnio Africam extra ſortem electum ad ordinandam prouinciam & inteſtina diſſēnſiōe & barbarorum tumultu inquietam. Moderareris.modum imponeres.

Athletæ. uictores ī certaminib⁹ Iſelaſticis a Traiano factis petebant præmia: & quia de tempore controuerſia naſcebatur : rogat imperatorē quid facere debeat. Athletæ.certatores ϭπο του ϭθλεω:ꝙ ē certo. Ea. præmia. Iſelaſticis certaminibus. Iſelaſtica. certamina dicta Iſelaſtica : ꝙ uictores cum magna pompa coronati introducebanť quiſque in ſuam patriam ϭπο τυο ειϭελαυνω idest induco:inueho:cuius futurum ειϭελάϭω nam ſolebant athletæ uictores equis albis ingredi ſuam ciuitatem diſiecta muri parte ſecundum Plut.ꝙ ſignificabat nō magnoperæ ciuitati illi opus eſſe muro hñti uiros:qui pugnare poſſent & uincere.hác conſuetudinem Tranqui. in Nerone cōmemorat.

Coronati.declarati uictores:& ideo corona donati.Nihil.n.referre.nō reſpiciendū tempus quo quiſque in patriā ſuam inuehiť:ſed quādo uictor ſit pronūciatus.hoc faciebant: quia e certatoribus multi procul aberant a patria ſua:ad quā nqn poterant peruenire:niſi poſt multum temporis:& per hoc obſonia:quæ menſtrua dabantur:interdū perdebant.Contra.athletarum deſyderia. Iſelaſticorum nomine. uerbis eorum: qui præſunt certaminibus Iſelaſticis. Iſelaſiani . facti ſunt . uerba extrinſecus audienda.an potior lectio. Obſoniū. ειϭηλαϭαν. idest inuecti ſunt. Obſonia.quæ antiqui dixerunt manducare. obſonare eſt opipare cœnare.Apuleius.ſiquid obſonare cupis:& obſonator popinarū magiſter, de quo

Matt.Dic quotus es?quanti cupias cœnare?nec unũ Addideris uerbũ:cœna parata tibi ẽ.obſonitare cõuiuari dr̃ Pompeio tradente. Agone.certamine. Aiũt.n.anteq̃ a Traião fierét:& celebrarenť certamina Iſelaſtica:aliud genus certaminis depugnabant athletæ:ꝙ pariter fæcerũt poſtq̃ Iſelaſtica finita fuerunt.argumentabanť igiť deberi ſibi Iſelaſticorũ præmia:q̃ quidẽ aliis maiora erant:ex eo tp̃e quo primum cõſtituta fuerũt:nec modo cum fierent:ſicut cum eſſe Iſelaſtica defierunt: nõ dabantur obſonia: nam reſpiciebãt diem conſtitutionis & finem.uerbi cauſa.Traianus conſtituit Iſelaſtica cal.maiis:& mandat illa inchoata a cal. Iuniis terminari in cal.Auguſti:qui cœperant pugnare a cal. maiis & certauerant uſq; in cal.Iunias petebant præmia Iſelaſticorũ: tanquam tũc inſtituta a Traiano. Ne.an. Cuiuſque athletarum. Retro. ĩ præterito antequã fierent Iſelaſtica. Rano. reſpectus. Beneficia tua: præmia pro Iſelaſtico agone.

ISelaſticũ. uult intelligi eſſe iſelaſtica cum primũ quiſq; ĩ ſuã ciuitatẽ inuehiť obſonia negat danda antequam illa fierent. Iſelaſticum. certamen: ſequiť uerbi interpretationem. εισηλάσεν. ingreſſus eſt. Ante iſelaſtica. antequam fierent Iſelaſtica. Non fuerunt. cõſtituta a me illa p̃mia. Retro.antequam fierent. Proficere.procedere. Tam eorum.obſoniorum. Cum uincerent eſſe defierunt. quam eorum obſoniorum: quæ cum uincerẽt iam defierant eſſe : exacto tempore illis certaminibus conſtituto. Reuocantur. renouantur:ſed manent in eo ſtatu in quo fuerant dum uincerent.

VSq;. excuſat ſe quod uxorẽ ſuã urgẽte itineris celeritate diplomate adiuuerit. Diplomata litteras liberi itineris & ĩmunis. de quibus paulo ante. Tuam.ad te pertinentem:ut in tabellarium. regis Sauromatæ. Vxori meæ.Calphurniæ. Aui.Fabati. Amitam. Hiſpullam. de utriſq; libro .v.ad Põtium: eram cum proſocero meo: eram cum amita uxoris. Durum. inhumanum. Pietas.amor in maiores. Diſſimulaſſem.ſilentio præteriiſſem. Nõ dubitaui.ſ.facere. Sero.importune dũ expecto.tuam ſententiam.

MErito.reſcribit Traianus benefeciſſe Secundũ pro diplomate conceſſo Calphurniæ uxori.

petunt pro eo agone:qui a te Iſelaſticus factus ẽ: quanuis uicerint antequam fieret: aiunt enim cõgruens eſſe:ſicut non detur ſibi pro his certaminibus:quæ eſſe Iſelaſtica:poſtquam uicerunt deſierunt:ita ꝑ his dari quæ eſſe cœperunt.hic quoq; non mediocriter hæreo:ne cuiuſquam retro habeatur ratio:dandaq;: ꝙ tunc cum uincerent:nõ debebantur.rogo igitur ut dubitationem meam regere.i.beneficia tua interpretari ipſe digneris.

Traianus Imp.C.Plinio.S.

ISelaſticum tunc primum mihi uidetur incipere debere : cum quis in ciuitatem ſuam ipſe εισηλασεν obſonia eorum certaminum: quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi. ſi ante Iſelaſtica: non fuerunt retro nõ debentur. nec proficere pro athletarum deſyderio poteſt : tam eorum:quæ poſtea Iſelaſtica lege conſtitui: q̃ cũ uincerent eſſe deſierunt:mutata enim cõditione certaminum: nihilominus:quæ ante perægerãt: non reuocantur.

C.Plinius Traiano Imp.S.

VSq; in hoc tempus domine neq; cuiquã diplomata commodaui: neq; in rem ullam niſi tuam miſi:quam perpetuam obſeruationem meã quædam neceſſitas rupit.uxori enim meæ audita morte aui uolẽti ad amitam ſuam excurrere uſum eorum negare durum putaui : cum talis officii gratia in celeritate conſiſteret:ſciremq; te rationem itineris probaturum: cuius cauſa erat pietas.hæc tibi ſcripſi: quia mihi parum gratus fore uidebar.ſi diſſimulaſſeʒ inter alia beneficia hoc unum quoque me debere indulgentiæ tuæ : quod fiducia eius ĩconſulto te præcipere nõ dubitaui : quem ſi conſuluiſſem ſic ſero fæciſſem.

Traianus Imp.C.Plinio.S.

MErito habuiſti Secunde cariſſime fiduciam animi mei nec dubitandum fuiſſet ſi expectaſſes donec me conſuleres: aniter uxoris tuæ diplomatibus:q̃ officio tuo dedi: adiuuandũ eſſet:cũ apud amitã ſuã uxor tua deberet etiã celeritate gratiã aduentus ſui augere.

FINIS ENARRATIONVM IOANNIS MARIAE CATANAEI IN EPISTOLAS. C. PLINII CAECILII SECVNDI AD TRAIANVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶EMINENTISSIMO PRINCIPI IOANNI IACOBO TRIVLTIO MILITIAE GALLICAE MO
DERATORI: AETATISQVE NOSTRAE IMPERATORI CLARISSIMO IOANNES MA
RIA CATANAEVS .S.

IMprouidum arbitrarer diuini panagyrici commentarios ſine pfatione publicare:
etiã ſi nemo ſatis dign⁹ occurreret:cui noſtras qualeſcunq; uigilias dedicaremus.
uerum cum primũ eas aggreſſi ſumus.Ill.Princeps tu ſtatim hoc munuſculo: quã
uis maiori dignus:digniſſimus iudicatus es.Maxime autem nos ad hoc conſilium
impulit:quod uidebamus multa:quæ in te eminent:& excellũt conuenire cum il
luſtribus Traiani geſtis.nam ut is incunabula:& rudimenta ſua per ſtipendia exer
cuit:tu pariter iuuentutem non ocio:& deliciis: ſed aſperis militiæ laboribus uin
cendo tranſegiſti.dura Vlpius tempora prudenter ſuſtinuit.nec tu minus fortiter
malorum turbines ferendo ſuperaſti.diſſimilibus inuiſa Traiani uirtus:& Triuul
tio meo periculo fuit.primus Ille Tribunus optimus:anteq̃ fieret optimus imperator.tu præfectus equi
tum fortiſſimus anteq̃ dux exercitus præſtantiſſimus.Ille arduis in rebus ad imperiũ aſſumptus. tu feſ
ſis opportune ſubueniſti.meruit triumphum tantus Cæſar dum po.ro.imperium prorogat :tu dum ite
rum patriam recipis.expectatus in urbem uenerat Ille.te reducem paruuli noſcere:oſtentare iuuenes:mi
rari ſenes.corruptam caſtrorum diſciplinam emendauerat Vlpius. tu lapſam: extinctamq; reduxiſti:&
poſt longam deſuetudinem in melius reformaſti.Inde te agmina ducente hoſpitum nullus iniurias mi
litum ſenſit:inde(quod eſt pulcherrimum uictoriæ genus)ſolo terrore ſæpius hoſtem domuiſti.Qua ui
gilantia: quo labore:quanta alacritate: quod deniq; periculis bella ex bellis confeciſti?cum robur cor
poris ingens par animi fortitudo comitaretur?& tamen bellicis artibus innutritus pacem amas. non ti
mes bella:nec prouocas:quorum alterum fortitudine:alterum moderatione efficitur.In deditis quanta
clæmentia tua?q̃ta humanitas? edoctus experimento ſummi ducis eſſe in pugna ſtrenue reſiſtere:& fer
rũ cõtra armatos impigre ſtringere:inermes:& deuictos pro ciuibus habere.Poſſem hic pluribus immo
rari:ſi uellem recenſere quot hoſtes clariſſimos miti⁹ tractaueris:quot ſimultates reip.cauſa depoſueris.
Non noua dignitas ulla:non innumeri honores:& maximi:non ꝙ pro inuictiſſimo: potentiſſimoq; Re
ge noſtro tanti exercitus ſummus Imperator fueris:aliquid ex moribus tuis immutarunt. nihil.n. ĩ illos
fortunæ licuit:immo tanto humanior:quo felicior:& quia felicitatem tuam recte noueras:eam optime
ferre didiceras.Liberum eſt omnibus te alloqui:finemq; ſermonis ſuus cuiq; pudor:nõ tua ſuperbia fa
cit.Quã diligens in omnes:& conſtans amicitia:cumq; tibi larga demerẽdi ciues materia ſuppetat:quã
liber occaſionem uenatis:ut indies plures concilies: cumq; multa donaueris: longe tamen plura tibi ſu
perſunt.nam quod benignitate tua effundis:id diligentia reparas.ſcis.n.illam eſſe ueram munificentiã:
quæ dignis condigna diſtribuit:non quæ:quod huic donat:auferat illi. Tu uero cum ſis alieni abſtinẽs
pari laude uoluptatibus tuis moderaris:neq; ſuperfluo cœnarum luxui indulges.non.n.diſtentus crapu
la indigna principe loqueris.ſed ciborum modeſtiam honeſti ſermones condiunt. ſequuntur remiſſiões
feriæ tua conuiuia:non hiſtriones:& ſcurræ.& q̃q̃ rebus arduis implicitus amas ſtudia: nec fere ullũ in
termittis diem:quo uel Cæſaris geſta:uel alterius maximi ducis non relegas: ut teipſum in illo ſpecule
ris:conſilia cum tuis conferas.Deniq; domũ tuam ita inſtitueris:ut quandoq; beneuiuendi poſteris exẽ
plum datura ſit:nihilq; in laribus tuis non laudabile conſpiciatur:imprimis.Ill.uxor tua Beatrix mode
rationis:caſtitatis:ſanctitatis norma:q̃ cultu modeſta:q̃ parca comitatu: q̃ ciuilis inceſſu: diceres roma
narum ueterum principem aliquam. Verum cur præfationis formã excedimus?nam ſi uellemus clario
ra ſectari:in panagyricum alium panagyricũ contexeremus.Nos uero præter admirandas in te uirtutes
priuatum beneficium ad hoc conſiliũ compulit.cum.n. domus noſtra Catanæa diuulſa inuicẽ: alii alia
ſectaretur:& uetus iter gentiles ſimultas(nolo dicere diſcordiã)pridem inualuiſſet:tandem diuino nu
mine concordiã reſpiceret:idq; impetrandum eſſet a ſenatu:ſed iam propter nonnullorum occultũ bel
lum deſperaretur:tu cum prudentiſſimo Præſide:uos inquam huius urbis duo clariſſima lumina diſſi
dentes concordaſtis:& priuilegiis honeſtiſſimis familiam noſtram coniunxiſtis.argumẽtum firmiſſimũ
neutrum alicui factioni ſtudere:ſed orbe quodam ſocialitatis omnes pariter fouere. Num igi? tibi me
ritiſſimo dicare debuimus Traiano inuictiſſimo dictam orationẽ omnium eius generis præſtãtiſſimã?
a Secundo publicatam eo conſilio: ut imperatori optimo uirtutes ſuæ ueris laudibus cõmendarentur.
deinde ut futuri principes non quaſi a magiſtro:ſed tamen ſub exemplo præmonerẽtur : qua potiſſimũ
uia poſſent ad eandem gloriã niti:in ea tanta uis eloquentiæ fuit:ut illum ipſum Traianũ eodem uirtu
tis tenore ad extremũ uitæ finem perduxerit.humanum:liberalem; iuſtum conſeruauerit: feliciſſimum
eius imperium præſtiterit:quã Sidonius incomparabili principi comparabilem.i. admirandã acutiſſime
iudicauit:certe unicum futuris principibus regendi exemplar:ut credibile ſit:qui inſecuti ſunt Impera
torum optimos præſtitiſſe.nam ſi cenſent Iſocratis ad Philippum orationem plurimum Alexandro pro
fuiſſe ad ſuſcipiendam aduerſus Barbaros expeditionem : quantũ putamus hanc poſteris contuliſſe nõ

Traiano miſſam:ſed dictam in illo ſenatorum ordine clariſſimo:frequēti malorum Cæſarum recordatione:uel inuitum quæ poterat ad bonum trahere.Conſiſtit autem in genere demonſtratiuo diuini Cæſaris laudes complexa:cuius ordo mirabilis:& tranſitus rerum ita conuexus:ut idem corpus una ſuperficie contentum uideatur:uariis figuris tanq̄ luminibus decenter illuſtratū.ſine controuerſia inter panagyricas orationes princeps.quæ uerbis idoneis:& ſententiis ad inuentiōem accōmodatis exornata Traiani raram felicitatem puro dicendi flumine compræhendit. Verſatur io graui figura: quam interdum medioeris ſuſcipit:neq; n.ſemper affectanda ſunt elata:& excelſa.in ea ſplendorem:magnitudinem:grauitatem:uenuſtatem:celeritatem inuenies:neq; deſiderari poteſt artificium:dictio:figura:membrū:compoſitio:clauſula:ſonus.uitat enim uocaliū cōcurſum:& quæ reddunt orationē hiantē: inde de rhytmū fluit ſucculenta.facilitatem uero ita temperanit: ne in humilem ſermonem decideret : ſed dignitatem ſuam retineret:at dicendi libertatem:ut non monere:ſed probare uideatur.Nec mirandum ſi elocutio: & ars ſæpe detegitur:nam iis actionibus:quæ in aliqua ſine dubio ueritate uerſantur:& ſunt ad popularem aptæ delectationē:quales legimus panagyricos:totumq; hoc demonſtratiuum genus : permittitur adhibere plus cultus:omnemq; artē:quæ latere plærunq; in iudiciis debet non confiteri modo: ſed oſtētare hominibus in hoc aduocatis. Vna autem & maxima in hoc opere difficultas nos circumſtetit:Neruæ:Traianiq; geſta:quæ frequenter in hoc libro occurrunt publica litterarum iactura ferme deperdita. nam ueterum nemo circumfertur:qui illorum uitas luculenter a ſe ſcriptas nobis tranſmiſerit. Dionis enim & reliquorum compendioſa quædam admodum:& interciſa ſuperſunt.cum tn̄ legerim⁹ multos: ut Marium Maximū: Fabium Marcellinum: Aurelium Verum:Statium Valentem Traiani res poſteris tradidiſſe.Elaborandum igitur fuit non mediocriter circa hiſtoriæ conquiſitionem: & ut in integram: ueramq; lectionem Secundum reſtitueremus.quod ſi aliqua neceſſaria deſiderabūtur:ſcias Ill.Princeps nobis bonam mentem non defuiſſe:enixumq; pro uirili noſtra diligentis interpretis officio fungi. licet arduum fuerit in tanta rerum caligine:ac ꝓfunda diſciplina ingenii noſtri uiribus ubiq; paria feciſſe. homines.n.ſumus:& primi hoc opus ab aliis quãuis doctiſſimis hucuſq; intactū aggredimur nulli⁹ auxilio nixi. Veniam itaq; petimus ſi quid minus cōueniens offenderis:q̄q ſi ea facilitate:qua cæteroꝝ ſcripta noſtra reſpexeris:non ſolum uenia:ſed & laus ſperanda eſt.nobis tamen uenia ſufficit.

¶ Ad eundem Ill.Principem Hendecaſyllabum Thomæ Mayni

En qualis tibi Plinii Secundi
Traiano celebratus in ſenatu
Prætexta meliore nunc libellus
Excultus:quia falce diligenti
Purgauit ſegetem male occupatam
A rubigine:lolio:cicuta:
Morbo gramineo:ſituque turpi:
Clara difficiles notatione
Abſoluens Catanæus ille ſenſus:
Ritus:hiſtorias:genus loquendi
Romanum:lepidum:decens:uenuſtum:
Diuinum:graue:floridum:recoctum.
Nunc excultus ager:ſubacta terra:
Nunc læta eſt ſeges.Haud graui labore
Princeps collige fertiles labores.

Andreæ Sarrachī preſbyteri ad Interpretem

Ede opus egregium:maturos excute foetus:
Atq; panagyricus ſit Ducis iſte mei.
Traianum laudas:par eſt Triuultius Heros:
Qui ſeſe in diuo Cæſare ſæpe iuuat.
Iis oblectatur:ſtudioſos ſuſtinet:audit
Rhetoras:hiſtoricos:hos colit:hoſq; fouet.
Totus eris tanto ſub Principe.felle tumentes
Gorgoneo rabiem diſſimulare uolent

¶ IOANNIS MARIAE CATANAEI COMMENTARII IN PANAGYRICVM .C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS.

Ene.C.Plinius Conſul deſignatus cum Cornuto Tertullo Imperatori Traião gratias in ſena
b tu agit principem optimum a parentibus:& adoptione laudans:res geſtas: liberalitatẽq; com
mendans:ꝙ delatores expulerit.ꝙ uectigalia repſſerit:leges moderatus ſit:pantomimos ſuſtulerit:doctos fouerit.admirat̃ in eo humanitatẽ:ſtatuarũ:honorũq; modeſtiam:ſed plura de cõſulatibus eius:quos geſſerat:& gerendos recuſabat:tractat: iuſticiá: toleranciá: adeundi facilitatẽ diligenter exponens:illi uotorũ nuncupationes:illi inuſitatas acclamationes a ſenatu habitas: corporis bõa: ſed animi magis admiráda ubi poteſt malorũ Cæſarũ cõparatione:Domitiani præſertim: cuius uitam ubiq; exagitat:illius uirtutes reddit illuſtriores . totá deniq; domũ: Plotiná imprimis uxorẽ : & Martianá ſororẽ Traiano ſimilis extollẽs: quantoq; ſtudio coluerit amicicias ſuſpiciens.Illa ex tertio de oratore uerba commode huc tráſſerri poſſunt. ornat̃ oratio genere primum: & quaſi colore quodá: & ſucco ſuo:nam ut grauis:ut ſuauis:ut erudita ſit:ut liberalis:ut admirabilis: ut polita:ut ſenſus:ut dolores habeat:i toto ſpectantur hæc corpore : ut porro conſperſa ſit:quaſi uerborum:ſentẽtiarũq; floribus: id non debet eſſe fuſum æquabiliter per oẽm orationẽ: ſed ita diſtinctum : ut ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædá inſignia: & lumina.ipſe ꝑterea Secundus apud Voconiũ huius orationis ordinẽ:tranſitũ: figuras:elocutionem cõmendat.

¶ C.PLINII CAECILII SECVNDI NOVOCOMENSIS PANAGYRICVS NERVAE TRAIANO AVGVSTO DICTVS.

BEne ac ſapiẽter patres .C. maiores inſtituerũt:ut rerum agendarũ : ita dicendi initium a ꝑcationibus caperetur:qđ nihil rite : nihilq; ꝓuidenter homines ſine deorũ ĩmortaliũ ope: conſilio honore:auſpicarẽtur. Qui mos cui potius quá cõſuli? aut qñ magis uſurpandus:colenduſq; eſt? quá cũ imperio ſenatus? authoritate reipu. ad agẽdas optio pricipi gr̃as excitamur? Quod eni ꝑſtabilius ẽ? aut pulchrius mun⁹ deorũ? quá caſtus:& ſanctus:& diis ſimillim⁹ priceps? Ac ſi adhuc dubiũ fuiſſet forte: caſuq; rectores terris: an aliquo numine darentur:pricipẽ tñ noſtrũ li

Panagyricæ orõnes demõſtratiuæ ſunt:inde græcorũ aliqui tradidere cauſarũ alias deliberatiuas:alias iudiciales: alias panagyricas eſſe:ná πανηγυρισ feſtiuitas:laus:cõuentus dici põt απὸ τοῦ πάντα ἀγυρόν ꝙ eſt totũ cõgrego.Philoſtratus lib.viii.i panagyri tẽpla ſunt:& deorũ cellæ:& ſtadia ad curẽdũ: ꝑinde ſcenæ & gentes plurimæ:ꝑtim ex finitimis:ꝑtim ex tranſmarinis regionibus uenientes:ex multis inſuper artib⁹ & ſophiſmatibus cõſtat panagyris:ex uera quoq; ſapiẽtia & poetica: ex cõſultatiuis etiá & diſputatiuis orõnibus:& muſicis cátibus.panagyrin quidẽ dico eſſe uirorũ conuentũ:& locũ ipſum:quo ipſos cõuenire neceſſe eſt.uñ merito inſcribitur panagyrica oratio: quod in cõuentu & celebritate ſenatorũ dicta fuit in laudẽ Traiani.dr̃ Secũdi Panagyric⁹ ſicut Iſocratis panagyticus ad τὸν λόγον reſpiciẽdo: apud græcos.n. iſcribi ſolet ὁ λόγος πανηγυρικός:ſicut apud nos oratio panagyrica:ná ὁ λόγος maſculino genere compræhendit̃:at oratio fœminino.præter Traianũ imperatorẽ lego alterũ Traianũ patriciũ ſub iuſtiniano Cæſare:q chronica ſcripſit cõpendia admodũ ꝓbata:& fidẽ orthodoxá ſecutus. Bene ac ſapienter:prooemiũ apparatũ:quod i deliberatiuo & demõſtratiuo laudabile:uerũ in iudiciali genere præcipit̃ inutile. Trapezuntius Hermogenẽ ſecutus hác prooemii expoſitionẽ uocat:qđ cũ fine cõuenit:ná ſicut a ꝑcationibus incipit:ita ꝑ eaſdẽ concludit. Vt rerũ agendarũ.ſatis cõſtát nunq̃ fere romanos iniiſſe magiſtratus:bella ſuſcœpiſſe:rẽ aliquá publicá tractaſſe:niſi prius nuncupatis uotis:capto augurio:ſacris rite peractis.inde lib.i. Valerius Max.priſco inſtituto rebus diuinis opa datur:cũ aliquid cõmendandũ eſt precatione:cũ expoſcendũ uoto:cũ exoluẽdũ gratulatione:cũ inquirendum uel extis:uel ſortibus impertito:cũ ſolemni ritu peragendũ ſacrificio:quo etiá oſtentorũ ac fulgurũ denunciatiões ꝓcurant̃. Ita dicẽdi.cõtenti erimus uno Liuio:i cuius initio cõcionũ ſæpe legius: qđ Felix fauſtũq; ſit ſenatui populoq;.ro.&alibi deos ĩmortales milites uẽos publicos meoſq; ab urbe ꝓficiſcẽs adoraui:ueniáq; ſupplex popoſci. Quod nihil rite.expoſitionis ratio ueriſſima. Rite.bñ.recte. Auſpicarent̃.iciperẽt. Cõſuli.q præeſt reip.& poſt ĩpatorẽ ſũmũ ius hẽt,añ ĩperatores primũ obtinuit. Vſurpádus.uſitádus.Colẽdus.obſeruádus. Impio.iuſſu. Optio.Traião. Gr̃as.ꝑ cõſulatu. Caſtus.abſtinuit Traianus ab adulteriis:ſed puerorum amoribus nõ caruit. Rectores.princeps. ná Homerus ſecundo

Panagyricus. Traianus. Princeps a deo.

queret diuinitus conſtitutū.nō.n. occulta ptāte fatorū:ſed ab ioue ipſo corā:ac palam repertus: electus eſt.quippe inter aras:& altaria:eodēq; loci: quem deus ille tam manifeſtus: ac præſens: q̄ cœlum:ac ſidera inſedit.Quo magis aptum:piumq; eſt te Iupiter Optime Maxime antea conditorem: nunc conſeruatorem imperii noſtri precari:ut mihi digna conſule : digna ſenatu : digna principe contingat oratio : utque omnibus quæ dicentur a me libertas : fides:ueritas cōſtet. Tantumq; a ſpecie adulationis abſit gratiarum actio mea:quantum abeſt a neceſſitate. Equidem non cōſuli mō:ſed oībus ciuibus enitendū reor:ne qd de principe nr̄o ita dicāt:ut idē illud de alio dici potuiſſe uideatur.Quare abeant: ac recedant uoces illæ; quas metus exprimebat . nihil quale ante dicamus:nihil enī quale antea patimur:nec eadem de principe:quæ prius:p̄dicemus:neq;.n. eadem ſecreto loquimur: quæ prius. Diſcernat orationibus noſtris diuerſitas tempoꝝ:& ex ipſo genere gratiaꝝ agendarum intelligatur: cui quā do ſint hactenus ut deo: nunc nuſquam: ut numini blandiamur.non.n.de tyranno:ſed de ciue:nō

Illiados egibus.inquit dignitas ab Ioue tribuitur.&.ix.ſcribit Agamēnonem ab Ioue regē factum.Cæſares etiam adeo dari opinatur Vegetius libro.ii.& ſecundos deo generi humāo præeſſe. apud græcos legiſſe memini.patrē filiū Numā admonuiſſe regnū ſuſciperet:tanq̄ diuinū donū & dei miniſteriū. Occulta.nobis incognita. Corā.Nerua ob ſenectutē deſpectus a militib⁹ Capitoliū ingreſſus exclamauit. quod felix fauſtūq; ſit ſenatui populoq; ro.& mihi.M.Vlpium Neruā Traianū adopto: & Cæſarem facio:quare Secūdus nō multo poſt inquit nō tua in cubiculo:ſed in templo:nec ante genialem torū: ſed ante puluinar Iouis optimi max. adoptio peracta eſt. ſequitur autē rhetorū præcepta: nā ſcripſit de oratore.M. Tullius noſtrā orationē ornari a rebus geſtis iudiciis hominū cōprobatis i quibus ēt felicitatē ipſam debrū imortaliū iudicio tribui laudationis ē. Inter aras & altaria. Seruius ſuper illud Virgilianū ten quattuor aras: Ecce duas tibi daphni:duoq; altaria phœbo: tradit: nouimus aras & diis ſuperis:& inferis cōſecratas:altaria uero eſſe ſuperiorum tantū deorū:ſic alterū ab altero Tacitus lib.xvi. diſtrinxit: poſt altaria & arā cōplexa dicens: altare quidā dictū uolunt ab altitudine:q̄ antiq diis ſupis i ædificiis a terra exaltatis ſacra faciebāt : diis terreſtibus i terra diis iferiorib⁹ i terra defoſſa uel altare appellatū : q̄ i eis ignis adolet .i.excreſcat ara:uel ab area dicta ē loco in urbe puro:q̄ ara deū pura ſit: uel ab ardore:ad quē ut ſit ſit ara: author Varro de lingua latia:ſed idē libris diuinaꝝ rerū dixerat ſi Macrobio credim⁹ aras primū anſas uocatas.q̄ eſſet neceſſariū a ſacrificātibus eas teneri. anſis āt teneri ſolere uaſa quis ambigit? Eodēq; loci.in eo loco.i. in Capitolio. Deus.Iupiter opt.max. Capitolinus.de extructione templi capitolini multa Plut.in Publicola: & Dionyſius lib.iiii. & Liuius primo: i illo fuerunt tria ſacella æqualia inter ſe cōia habētia latera:medium quidē Iouis:hinc inde Iunonis & Mineruæ ſub una aquila:unaq; uelata tectura. Manifeſtus.putabat antiquitas magis p̄ſentē Iouē ſupplicibus:in templo capitolino:q̄ alibi.q̄ ibi tanq̄ i arce cœli ſolemnibus ſacris:& cultu pompabiliore excoleret. Quo magis.redditio rōnis:quæ breuiter complectit̃ id: qd̄ expoſitione:& rōne cōficit̃:ueluti ipſius rei apta ꝓpoſitio. Conditorē. at Romulū oēs cōditorē urbis tradūt ſed quia nihil ſit ſine deo opt.max.cuius nutu ferunt Romulo aues addixiſſe nō iniuria cōditorē urbis Iouē appellauit. Cōſeruatorē.q a Domitiano:deinde a tumultuantibus militibus imperium tranſtulit in Traianū:cuius incolumitate temp.florentem & incolumem a diis ſeruari i epiſtolis retulit.

Ara.
Altare.
Capitolinū tēplū

Digna.repetitio. Libertas;fides:ueritas.diſſolutum. Conſtet.manifeſta ſit A neceſſitate.quia inuiti non cogimur ullo timore. Equidem.comprobatio:quæ eſt redditionis cauſa:remq; totam manifeſti⁹ tangit. Idem illud.ſimile. Alio.principe:claritas orationis:quā puritas & elegantia conficit. Illæ. blādæ & adulatoriæ. Exprimebat.extorquebat:educebat. Eadem.falſas laudationes.Eadem ſecreto.clā malis principibus maledicimus. Prius.ſub Domitiano:qui deus dici & credi uoluit:Aureliano:Dione. Euſebio:Tranqui.tradentibus.nam poſtq̄ ſcripſit epiſtolā ſuis procuratoribus:cuius initium fuit.Dominus:& deus noſter ſic fieri uoluit:inſtitutū poſt hac:ut ne ſcripto qdē ac ſermōe cuiuſq̄ appellaret̃ aliter quinimmo mulier quædā cū in cōſpectu imaginis illius ſe exuiſſet ſupplicio eſt affecta. Nuſq̄. nec publice nec priuati. Vt deo;addā prædictis Oroſium ſcribere in tantum ſuperbiæ ꝓlapſum Domitianū ut dominū ac deū ſeſe uocari:ſcribi: coliq; iuſſerit:Apolloniūq; philoſophū narrat Philoſtrat⁹ ab accuſatore iuſſum ut oium hominū deū Domitianū reſpiceret.illū āt oculos ad culmē domus.i.ad Iouē ſuſtuliſſe. Vt numini.tanq̄ deo. Nō.n.de tyrāno.cōtentio color.cōplectit̃ in hac oratiōe optimi Traiani:& peſſimi Domitiani uitam:ut gratior fiat:nam nec bonū uirum ꝓprie & copioſe laudari ſine uirtutum:nec improbum uituperari ſine uiciorum cognitione ſatis inſigniter atq; aſpere poſſe teſtatur Cic.

de domino:ſed de parente loquimur. Vnum ille ſe ex nobis:& hoc magis excellit: atq; eminet: ꝙ unũ ex nobis putat:nec minus hominẽ ſe: q̃ hominibus ꝑeſſe meminit. Intelligamus ergo bona nr̃a:dignoſq; nos illius uſu probemus:atq; identidẽ cogitemus:ſi maius principibus præſtamus obſequiũ:qui ſeruitute ciuiũ:quam qui libertate lætantur.& populus quidẽ ro.dilectum principem ſeruat:quantoq; paulo ante concentu formoſum alium:hũc fortiſſimũ perſonat: quibuſq; aliquando clamoribus geſtum alterius: & uocẽ: huius pietatem:abſtinentiam: manſuetudinẽ laudat. Quid nos ipſi?diuinitatem pricipis noſtri: an humanitatem:temperantiam:facilitatem : ut amor: & gaudium tulit: celebrare uniuerſi ſolemus?Iam quid tam ciuile:tam ſenatoriu3 q̃ illud additũ a nobis optimi cognomen?qđ peculiare huius:& ꝓpriũ arrogãtia priorum principum fecit.Enimuero quã cõe: quã ex æquo: qđ felices nos:felicẽ illũ ꝑdicamus:alterniſq; uotis hæc faciat:hæc audiat:q̃ſi nõ dicturi niſi fecerit: cõprecamur.Ad q̃s ille uoces lacrymis ẽt:ac multo pu

de oratore. Domino.cuius correlatiuũ ſeruus. Ex nobis.ex numero noſtro.i hominem. Hoc.ꝓpter humanitatem.oratio exacta & diligens:quæ ornatum in ſe continet. Hominibus.quos decet humaniter tractare. Dignos.bene obſequendo illi. Identidem.frequenter. Si præſtamus maius obſequium.ſi magis ſubiecti ſumus.cum ſane tyrãnis magis famulemur. Et populus.populus inquit romanus obſeruat Traianũ:& applaudit eius uirtutibus. Concentu.ſuaui uocum concordia.ſolebant enim Principum aliqui diſponere iuuenes robuſtiſſimæ uocis:qui per claſſes diuiſi applauderent imperatori.hoc legimus feciſſe Neronem : quẽ morem uidetur poeta tetigiſſe:cum canit Tyrios & Troianos applauſiſſe Iopæ canenti. Formoſum alium.Domitianu3 intelligit: cui ſpectacula edenti populus applaudebat: fuit autem is pulcher : & decens maxime in iuuenta: ſtatura procera : uultu modeſto: ruboriſq; pleno : grandibus oculis:uerum acie hebetior:& præter Tranqui. uerba Tacitus aſſerit habitu decorum:& crebrã oris confuſionem ignotis adhuc moribus pro modeſtia accipi ſolitã.quare de eodem Statius in Syluis ait par forma: decorq;:Par honor. Hunc fortiſſimũ. Traianũ ualuiſſe corporis uiribus conſtat uel uno Secundi teſtimonio : qui circa finem huius orationis multa de illius tollerãtia tractat:lætũq; opere corpus: & creſcentia laboribus membra commendans.Martialis etiam more ſuo.i. adulatorio Domitianum tanquã formoſiſſimum lib.viii.extollit.Hic ſtetit arctoi:formoſus puluere belli Purpureũ fundens Cæſar ab ore iubar: Hic lauro redimita comas: & cãdida uultu Roma ſalutauit uoce manuq; ducem.

Perſonat.alta uoce laudat.Huius pietatem.iſta obtinent narrationis locum:nam proponit de quibus dicturus ẽ:& a perſona Traiani quẽ laudat: & Domitiani quẽ uituperat:incipit ex arte:Fabius enĩ libro quatto:initium narrationis quidam utiq; faciendum a perſona putant:eamq; ſi noſtra ſit ornandam : ſi aliena infamandã ſtatim:& q̃q̃ is de iudiciali genere loquatur:tamen hæc per quandã ſimilitudinẽ deduci poſſunt ad demonſtratiuũ:ut pro noſtra perſona ſit illius quem laudamus:& pro aduerſarii:quem ex comparatione uituperare intendimus: narratio inquit Cicero in demõſtratiuo nulla erit quæ neceſſario conſequatur: ſed ſi qua inciderit cum aliquod factum eius de quo loquemur nobis narrandum ſit cũ laude aut uituperatiõe præceptio narrandi eadem quæ in iudicialibus. Quid nos ipſi?interrogatio grauis. nam hæc narratio q̃q̃ ſit lucida: tamen morata & cum dignitate ornata magnifice fluit. Nos ipſi.ſenatores. Vt amor:& gaudium tulit.pro ut quiſq; uel amore:uel gaudio incitatur. Ciuile.pertinens ad ciues. Optimi cognomen.iuxta finem inquit:iuſtis ne de cauſis ſenatus populuſq;.ro.optimi tibi cognomẽ adiecit ?nec magis diffinite: diſtincteq; deſignat:qui Traianũ q̃ qui optimum appellat. Huius peculiare.Traiani proprium. Arrogantia.qui dedignabant optimi cognomen:an potius: q̃a nõ merebant & ſi legimus optimi cognomẽ a ſenatu Gn.Scipionẽ Naſicã meruiſſe:& Tranqui. tradat Caium imperatorem cognomen optimi maximiq; ſumpſiſſe. Cõmune.& illi & nobis eſt. Felices.Traiano acclamarunt ſenatores:o te felicem: o nos felices:quod cum dicerent non opes illius:ſed animũ admirabantur:hæc cõpræhenſa breuius i narratione ſuis locis diffuſius tractabuntur. Felicem illum.Traianũ:ꝙ non moribus:ſed fortunæ datũ ẽ.

Alterniſq; uotis.precatus eſt Traianus ut ita precibus ſuis dii annuerent:ſi iudiciũ ſenatorum mereri perſeueraſſet:precari ſunt ſenatores:ut ſic Traianũ amarent dii quemadmodũ imperator ſe. Hæc faciat.qualia facit. Hæc audiat.qualia a nobis audit ſcilicet felices nos & illũ. Quaſi non dicturi. talẽ dicendi libertatẽ nobis conceſſit:ut non benediceremus de Traiano niſi & benefaceret. Lacrymis. nã præ lætitia effudit lacrymas.approbaſti inquit & ipſe acclamationũ noſtrarũ fidẽ:lacrimarũ tuarũ ueritate:uidimus humeſcentes oculos:demiſſumq; gaudio uultũ:tantumq; ſanguinis i ore:quantũ pudoris

In animo. Sibi.ſuis uirtutibus. Non principi.nō timore & adulatione:ut ſolent populi principibus di cere. Omnes.ſenatores. Pietatis calore.in illis repentinis acclamationibus:cū multa ſponte: plura in ſtinctu quodā fecerunt.hic dicit temperamentū habuiſſe in acclamationibus:illic uero modū exceſſiſſe. Meditati.ꝑparata orōne. Acclamationes.repentinas laudationes:de quibus ī epiſtolis copioſe diſſer uimus. Quantū ad me.a perſona de quo agit:& ſua facit auditorē attentū. Ad modeſtiā. ad imitatione Traiani:qui ſolet ī omnibus uti modeſtia. Submittā.deprimam:extenuem minus dicturus: q̄ uir tutes eius meruerint. Quid.niſi modeſtū.

dore ſuffunditur. Agnoſcit enim: ſentitq; ſibi: nō principi dici. Igitur quod temperamentum omnes ī illo ſubito pietatis calore ſeruauimus: hoc ſinguli quoq; meditati teneamus: ſciamuſq; nullum eſſe: nec ſincerius: nec acceptius genus gratiarum: q̄ ꝙ illas acclamationes æmulemur: quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet laborabo: ut orationem meam ad modeſtiam principis: moderationemq; ſubmittam: nec minus conſiderabo: quid aures eius pati poſſint: q̄ quid uirtutibus debeatur. Magna: & inuſitata principis gloria: cui gratias acturus non tam uereor: ne me in laudibus ſuis parcum: quam ne nimium putet. Hæc me cura: hæc difficultas ſola circunſtat. nam merenti gratias agere facile eſt patres conſcripti. non enim periculum eſt: ne cū loquar de humanitate: exprobari ſibi ſuperbiā credat: cum de frugalitate luxuriam: cum de clæmentia crudelitatem: cum de liberalitate auaritiam: cum de benignitate liuorem: cum de continentia libidinem: cum de labore inertiam: cum de fortitudine timorem. Ac ne illud quidem uereor ne gratus: ingratuſue uidear: prout ſatis aut parū dixero. Animaduerto enim et deos ipſos nō tam accuratis adorantium precibus: quam innocentia: & ſanctitate lætari: gratioremq; exiſtimari: qui delubris eorum puram: caſtamq; mētem: quam qui meditatum carmen intulerit. ſed parēdum eſt Senatuſconſulto: quod ex utilitate publica placuit: ut conſulis uoce ſub titulo gratiarum agendarum boni principes: quæ facerent recognoſcerent: mali quæ facere deberent. Id nūc eo magis ſolemne: ac neceſſariū eſt: quod parens noſter priuatas gratiarum actiones cohibet: & cōprimit. interceſſurus etiā publicis: ſi permitteret ſibi uetare: ꝙ ſenatus iuberet. Vtrunq; Cæſar Auguſte moderate: & qđ alibi tibi gratias agi nō ſinis: & qđ hic ſinis. nō enī a teipſo tibi honor iſte: ſed ab agētibus habetur. cædis affectibus noſtris

Quid.niſi excellēs & diuinū. Inuſitata. prioribus inſueta. Difficultas. ne uidear immodice laudare. Circumſtat.angit: obſedit.tranſlatū uerbum. Non.n.periculū eſt.quod erat ſub malis principibus:qui ſibi conſcii: cum laudarent ſuſpicabantur per contraria notari ſua uicia.eſt autē cōtentio color:nec minus iſta narrationis locum obtinent q̄ ſuperiora. Liuorem. inuidiam. Gratus.ſi ſatis dixero. Ingratus. ſi parum. Animaduerto enim.ſententia. Accuratis.elaboratis:elegantibus. Delubris. Aſconius: templa ſingulorum dīs attributorum locorum: delubra multarum ædiū ſub uno tecto a diluuio pluuia munitatū: alii delubra dicūt ea templa in quibus nunc delubra corporum abluendorum cauſa more dodonei Iouis: aut Apollinis delphici: ī quorum delubris lebetes tripodeſq; uiſuntur: ſunt etiam qui delubra ligna delibrata: ideſt decoriata pro ſimulachris deorum more ueterum poſita exiſtiment: ſed male. Varro Macrobio referente ait delubrum alios exiſtimare: ī quo ꝓter ædē ſit area aſſumpta deum cā: ut eſt ī Circo Flaminio Iouis ſtatoris: alios in quo loco dei ſimulachrū dedicatū ſit: ſicut locū in quo figerent candelā: candelabrū appellatū: ita in quo deū ponerent delubrū. Seruius ꝓterea quas rōnes Aſconius idem & ipſe retulit: ſed in hoc diſſentit Feſto ſimul concedente: ꝙ delubrum fuſtem delibratum: hoc eſt decorticatum: quē ꝓ deo uenerabantur: ꝓdit. Meditatum. excultum. Carmē.cantum. Senatuſcōſulto. decreto patrum. Sub titulo. ſub inſcriptione & uelamento: ac prætextu. Solemne.præcipuum. Priuatas.a priuatis hominibus. Cohibet. uetat fieri ſibi. Parens. qui nos diligit filiorum inſtar: & ideo pater patriæ iure nominatus. Interceſſurus publicis.prohibiturus etiam publicas gratiarum actiones.ſi uellet infringere ſenatuſconſultum. Cæſar Auguſte. a primo imperatore Octauio cæteri cognomen Cæſaris Auguſti ſibi uendicarūt. Moderate facis. Alibi.in loco priuato. Hic.ī ſenatu. Iſte honor. gratiarum actio. Non habetur tibi. tu non quæris hunc honorem. Sed ab agentibus.unde illud Ariſtotelis: honor ē honorātibus ideſt ī ꝑtāte dantis non autē accipientis. Cædis affectibus nřis. ꝑmittis

Delubrū

ꝙ cupimus. Nec eſt neceſſe.nec cogimur. Munera, beneficia. Gerantur. adminiſtrentur. Aequata poteſtas.qui parem poteſtatem haberet in terris:quam dii habent:quorum nutu omnia reguntur. Voto.paradoxon. Similem.talem & tantum.ſane Traianus fuit admirabilis:cuius uirtutes diuus Gregorius ſcriptis recognoſcens precibus a deo illi cæleſtem uitam impetraſſe traditur. Emicuit aliquis i bello.facit diuiſionem exponendo quæ dicturus ſit: nam .M. Tullius in rethoricis genus demonſtratiuum tractans diuiſione inquit hac utemur: exponemus quas res laudaturi ſumus: in ea ſi Hermogeni credimus ſumma conſiſtit elegantia: non ſolum uerbis: ſed etiam ſententiis: quando ſcilicet præparamus auditorem: & in ordinem dicenda redigimus. In bello:ut Anibal. Marius: teſtatur Auſonius Traianum bello:paceq́ claruiſſe. Aggreditur regimen uiridi Traianus in æuo Belli laude prior: cætera pacis habens. & Epitomata uitæ Traiani:non ut bellicoſus alia pacis neglexit: aut minus intellexit. ſed ſæpius pro tribunali iuſtiſſime iudicauit: tali dicendi modo quo Secũdus utitur Claudianus pro Stilicone. Corpus deſtituit: bellis inſignior ille: ſed pacem fœdat uitiis: hic publica felix: ſed priuata domus: partitũ ſingula quenquam Nobilitant: hunc forma decens:hunc robur in armis: Hunc rigor:hunc pietas: illum ſolertia iuris:Hũc ſoboles caſtiq́ tori: ſpargũtur in omnes: in te mixta fluunt: & quæ diuiſa beatos p ficiunt:collecta tenes: ſic Propertius libro .iii. Hic ſatus ad pacẽ:hic caſtrenſibus utilis annis. Toga.pax. qua.M. Tullius habilior & clarior. Honeſtarunt.extulerũt. Ille. alius qualis Caligula & Domitianus. Alius. qualis Claudius primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pigneratus: & quodam cum ferro circa ſacrificantem ſe depræhenſo ſenatum per præcones propere conuocauit:lacrymiſq́ ac uociferatione miſeratus eſt conditioné ſuam:cui nihil tuti uſquam eſſet:ac diu publico abſtinuit.Sic Otho ad promerendum militum fauorem humili conciõe eos adhortatus eſt.item Nero:& domitianus largitionibus plærunq́ ſibi amorem conciliarunt. Domi. in re priuata. Confinio. contagio. commixtione. Concordia. coniunctió. Concentus. congratulatio: collaudatio. Seueritati.M. Tullius de Bruto.quid enim tam diſtans: ꝙ a ſeueritate comitas?quis tamẽ unquam te aut ſanctior eſt habitus?aut dulcior? Firmitas.fortitudo corporis. Iam honor capitis. canicies quæ quidem i homine graui uenerabilis eſt.refert Dion dum Traianus Agarenos oppugnat cognitum ab hoſtibus maieſtate caniciei:& grauitate oris:quãuis imperatoria iſignia depoſuiſſet itaq́ ſagittis petitum:& unum ex equitibus iuxta interfectum. Dignitas oris. maieſtas: pulchritudo digna imperio. Claudianus de Stilicone. Iam tum conſpicuus.iam tum uenerabilis ibas: Spondebatq́ ducem celſi nitor igneus oris:Membrorumq́ modus.laudat a bonis corporis a natura attributis:ea ſunt ut uelocitas:uires.ætas:dignitas:ualitudo. Ad hoc.præterea. Aetatis indeflexa maturitas.florida uirilitas: tradunt authores Traianum imperatorem electum in ætatis robore:ut pote qui quadrageſimum annũ agens imperare cœperit:ut alios omittam:unico Suidæ teſtimonio contenti erimus: Traianus princeps iuſtus:& corporis robore præſtans:quadrageſimo ætatis anno ſumpſit imperium:& quodammodo omnia pariter:quæ priuati ſolent:uoluit elaborare.Dionis abbreuiator.xl.unum addidit. Traianus inquit non mediocriter enituit in iuſticia:& fortitudine:morumq́ ſimplicitate:ac robore corporis:nam unum &.xl.annum agens imperator creatus etiam animo uigebat:ut neq́ iuuentute magis auderet neq́ ſenectute retardaretur: nam Onexander libro de imperatore eligendo præcipit nec iuuenem nimis: nec ſenem eſſe oportere imperatorem: quod alter credulus nimis & audax: imbecillus alter & timidus: alii etiam græcorum.xl.duos addiderunt:cui ſententiæ uidetur Euſebius concedere ſi diligenter annos cõputaueris unde miror Flauium Vopiſcum referre Tacitum imperatorem dicere ſolitum Traianum ſenem ad imperium ueniſſe. Inſignibus.canicie. Maieſtaté.reuerẽtiam:quæ maioribus habetur. Cæſa-

nec nobis munera tua prædicare: ſed audire tibi neceſſe eſt. Sæpe ego mecum, P.C. tacitus agitaui qualem: quantumq́ eſſe oporteret: cuius ditione nutuq́ Maria: terræ pax: bella gerantur: cum interea fingenti: formantiq́ mihi principem: quem æquata diis immortalibus poteſtas deceret: nunquam uoto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic: quem uidemus. Emicuit aliquis in bello: ſed obſoleuit in pace: alium toga: ſed nõ & arma honeſtarunt: reuerentiam ille terrore: alius amorem humilitate captauit: ille quæſitã domi gloriam in publico: hic in publico partam domi perdidit. poſtremo adhuc nemo extitit: cuius uirtutes nullo uitiorum confinio lederentur. At principi noſtro quãta concordia: quãtusq́ concentus omnium laudum: omniſq́ gloriæ contingit: ut nihil ſeueritati eius hilaritate: nihil grauitati ſimplicitate: nihil maieſtati humanitate detrahatur. Iam firmitas: iam proceritas corporis: iam honor capitis: & dignitas oris: ad hoc ætatis indeflexa maturitas: nec ſine quo-

ries.coma a cedendo dicta. longe lateq; manifeſtiſſime.hanc locum imitatus eſt Pacatus in panagyri co Theodoſii tua inquit hæc forma uenerabilis q̃ longe lateq; conſpicua commendat iperium. Oſtétant.indicant. Non bella ciuilia. reſpicit Auguſtum:quem romána reſpu. iam bellis ciuilibus feſſa libenter inperatorem accœpit:etiam ad Veſpaſianum referri poteſt. Adoptatio.electio:aſſumptio in filium per Neruam. Exorata.propicia:præcibus noſtris fauentia.Oroſius. Nerua Traianum in regnum adoptauit: per quem re uera afflictæ reip.diuina prouiſio conſuluit. An fas.interrogatio grauis. Qué dii.quem Traianum dii crearunt nobis.

dam munere deum feſtinatis ſenectutis inſignibus ad augendam maieſtaté ornata cæſaries: nóne longe:lateq; principem oſtentant? Talem eé oportuit: quem non bella ciuilia: nec armis oppreſſa.R.P.ſed pax:& adoptatio:& tandé exorata terris numina dediſſent. An fas erat nihil differre inter imperatorem: quem homines: & qué dii feciſſent? quoꝝ quidem in te Cæſar iudicium: & fauor tunc ſtatim:cum ad exercitũ proficiſceris:& quidé inuſitato enituit.nã cæteros principes: aut largus cruor hoſtiaꝝ: aut ſiniſter uolatus auium conſulentibus nunciauit:tibi aſcendéti de more capitolium q̃q̃ non id agentiũ ciuium clamor: ut iam principi occurrit. ſiquidé omnis turba:quæ limé inſederat ad ingreſſum tuum foribus recluſis iam quidem: ut tunc arbitrabatur: deum: certe: ut docuit euentus: te conſalutauit imperatorem:nec aliter a cunctis omen acceptũ eſt.nam ipſe intelligere nolebas. recuſabas enim imperare.recuſabas quod bene erat imperaturo. igitur cogendus fuiſti. cogi porro non poteras: niſi periculo patriæ: & mutatiõe reip. obſtinatũ enim tibi non ſuſcipere imperium: niſi ſeruandũ

Iudicium. Dyon in Domitiano. Traiano Vlpio & Acilio Glabrione coſſ. ſigna apparuiſſe ferunt: quibus Glabrioni mors: Traiano imperium portenderetur. Secundus in peroratione orationis Iouem appellans dicet.tu clara iudicii tui ſigna miſiſti cum proficiſcenti ad exercitum tuo nomine tuo honore decoraſti. Ad exercitum. germanicum:dum cũ imperio illuc a Domitião mitteris. Largus cruor. hecatombe. innumeræ uictimæ. Tranqui. memorat tribus mẽſibus ac ne totis quidem ſupra centum ſexaginta milia uictimarum cæſa pro.C. Cæſare. Siniſter. felix læuũ cum de humanis rebus eſt cõtrarium eſt: cum de cœleſtibus proſperum: nam q; nobis ſiniſtrum:diis dextrum eſt.unde pluribus quærit Plutarchus:quid eſt quod auſpiciorum q; ſiniſtrum dicitur proſperũ ac ſecundum putatur. De more. qui cũ imperio in prouinciam proficiſcebatur in capitolio uota nuncupabat litabatq;: Traianum igitur ut hoc faceret capitolinũ téplum ingrediétem romanorum turba cõſalutauit quáquam tunc non id intenderet:putabat enim conſalutaſſe Iouem optimum max.ſed euentus docuit conſalutaſſe Traianum:cui deinde cognomen optimi eſt inditum:& maximus omnium factus.ſecundum artem hũc locum tractat: dum explicat quibus inditiis dii futuram fœlicitatem promiſerint:hoc Fabius libro.iii. præcipit. Nõ id agentium.non intendentes te ſalutare. Limen.ingreſſum Iouis capitolini. Inſederat. circũſteterat. Foribus.templi. Conſalutauit deum.Iouem opt.max. Vt tunc arbitrabatur. ſic tunc omnes exiſtimabant Iouem ſalutatum. Euentus.cum tibi inditum optimi cognomentum: & factus es max.trahit argumentum ab iis quæ ſecuta ſunt rem.Dion uero tradit futuri principatus hoc omen extitiſſe Traiano.nam uidiſſe per ſomnum uirum ſeniorem in paludamento & purpurea ueſte:amplius hoc corona honeſtatum:quemadmodum forte ſenatum pingunt:annulo quodam ſigillum ei ad ſiniſtram: deinde ad dextram tranſpoſuiſſe.Tranqui.futuri ſæculi felicitatem a cornice nunciatam adhuc uiuo Domitiano:quæ in Capitolio græcis uerbis elocuta eſt ἔσται πάντα καλῶς erunt omnia bene. & Domitianum ſomniaſſe gibbam ſibi pone ceruicem auream enatam:pro certoq; habuiſſe beatiorem poſt ſe:lætioremq; portendi reipu.ſtatum:ſicut ſane breui euenit abſtinentia & moderatione inſequentium principum. Te conſalutauit imperatorem.non multo poſt eandem rem tractans inquit q̃ peculiare gaudium eorum:qui te primi in Capitolio conſalutauerunt imperatorem. A cunctis.circumſtantibus: q̃ ut te futurum principem crederent.

Omen. Omen.ſi Varroni fidem præſtamus ab ore dictum quaſi oſmé: q; in ore primum clarum eſt.eum ſecutus Donatus paria retulit:& ad rem diuinam referri credidit. Marcellus dixit omen uotum eſſe mentis:& uocis:in ſacrificiis dicitur bona habere omnia ideſt ut circunſtantes:& bona mente uelint:& recta oribus proferát. Intelligere.hoc omé recuſabas.traductio:eiuſdé uerbi crebra repetitio.enumerat Hieron tyrãnus apud Xenophonté:quot & quãtis uoluptatibus priuatus fuerit factus princeps qbus priuatus fruebatur:uñ nõ mirũ ſi Traianus tanq̃ bonus iperiũ ſpnebat: nec niſi neceſſario ſuſceperit. Impaturo.tibi. Bñ honeſtã futuꝝ. Periculo p̃riæ:q̃ ruenté ſuſtineres.p̃pa rat ſe ut ad alia trãſcat dicturus p̃io quõ milites inſurrexere cõtra Neruã:& ab eo Traiãus fit adoptat⁹.

fuiſſet. Quare ego illum ipſum furorem: motūq; caſtrēſem reor extitiſſe: quia magna ui: magnoq; terrore modeſtia tua uincenda erat. At ſicut maris: cæliq; temperiem: turbines: tempeſtateſq; cō mendant: ita ad augendam pacis tuæ gratiam: illum tumultū præceſſiſſe crediderim. Habet has uices cōditio mortalium: ut aduerſa ex ſecundis: ex aduerſis ſecunda noſcātur. Occultat utrorūq; ſæmina deus: & plærumq; bonorum: malorumq; cauſæ ſub diuerſa ſpecie latent. magnum quidem illud ſæculo dedecus: magnum reipu. uulnus impreſſum eſt. imperator: & parens generis humani obſeſſus: captus: incluſus. ablata mitiſſimo ſeni ſeruandorum hominum ptās: ereptumq; principi illud in pricipatu beatiſſimū: quod nihil cogit. Si tamē hæc ſola erat ratio: quæ te publicæ ſalutis gubernaculis admoueret: prope eſt ut exclamē: tanti fuiſſe. Corrupta eſt diſciplina caſtrorum: ut tu corector: emendatorq; continge-

ſoluendi dupli:uel & quadrupli irrogatiõe mulctaret:tu nihil referre iniquitatis exiſtimas: exigas quod deberi non oportuerit: an conſtituas: ut debeatur. Feres Cæſar curam: & ſolicitudinẽ conſularem: nam mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe: donariuum reddidiſſe: congiarium obtuliſſe:delatores abegiſſe:uectigalia rem peraſſe: interrogandus uideris ſatis ne compurarueris imperii redditus: an tãtas uires habeat frugalitas principis:ut tot impendiis:tot erogationibus ſola ſufficiat.nam quid eſt cauſæ: cur aliis quidem:cum omnia raperent:& rapta retinerẽt: ut ſi nihil rapuiſſent: defuerint: omnia? tibi cum tam multa largiatis: & nihil auferas omnia ſuperſint? Nunquam principibus defuerunt: qui fronte graui: & triſti ſupercilio utilitatibus fiſci contumaciter adeſſent: & erant prĩcipes ipſi ſua ſponte auidi:& rapaces:& qui magiſtris non egerent:plura tamen ſemper a nobis contra nos didicerunt:ſed ad tuas aures cũ cæteris omnibus: tum uel maxime auaris adulatiõibus obſtructus eſt aditus. Silent ergo:& quieſcunt:& poſtquam non eſt:cui ſuadeatur:qui ſuadent non ſunt. quo euenit:ut tibi:cum plurimum pro tuis: tum pro noſtris moribus debeamus. Locupletabant: & fiſcum: & ærarium non tam Voconiæ: & Iuliæ leges: q̃ maieſtatis ſingulare: & unicum crimen

Codicis titulus eſt de collatione fundorũ uel rei priuatæ: uel dominicæ: uel ciuitatum:uel templorum·&.x. eiuſdem de collatione donatorum uel releuatorum: aut tranſlatorum ſeu adæratorum: poſtquem ſequitur titulus de collatione æris. Congiarium obtuliſſe.compar graue:& ſimiliter deſinens. Imperii redditus. nam cum uectigalia ſecuudum Cice.pro Cn.Pompeio:ſint nerui reipu.debet princeps impenſas & redditus diligenter computare:ut ſi ingruerit neceſſitas eas tanquam ſubſidia opportuna paratas habeat.alii enim principes eum largitionibus ordinarios reditus exhauſerant.conuertebantur ad rapinas.pecuniarum autem in theſauris romanorum ſcribit Appianus ægyptiorum talentorum quattuor & ſeptuaginta milia ſuis temporibus fuiſſe. Frugalitas. temperantia ab impenſis ſuperfluis. Sufficiat.ſatiſfaciat.ꝙ ſcilicet donat:remittit: id frugalitate ſuppleat. Aliis. principibus. Domitianum imprimis notat. Omnia. hyperbole. Frõte graui. eum ſeueritate. ſic Mart. Triſte.ſupercilium:durique ſeuera Catonis Frons. Contumaciter.ſuperbe. Adeſſent.fauerent. Sua ſponte. a natura. Magiſtris.inſtructoribus. monitoribus. Plura.plures rapendi uias. A nobis. a malis ſubornatoribus, Contra nos.in ciuium perniciem: & detrimẽtum. Obſtructus.clauſus. Silent.auari adulatores.Philoſtratus libro ſeptimo recitat ſub Domitiano comparatas accuſationes aduerſus ditiſſimos: ꝙ immenſæ diuitiæ contumeliam parerent:& ceruicem ſupra multos extollerẽt: & animos erigerẽt nec obtemperare legibus ſinerent: alius item accuſatus eſt:quod Tarenti ſacrificatus publicis precibus non addiderat Domitianum eſſe Palladis filium:alius ꝙ in inſulam ſeceſſiſſet tanquam interfecta parente. Pro noſtris moribus. facis enim ut uel inuito careamus adulandi morbo. Voconia. Voconius legem tulit authore Pediano:ne quis cenſus: hoc eſt pecunioſus hæredem relinqueret filiam.Gellius tamen.xix.quid inquit utilius plebiſcito Voconii de cohercendis mulierum hæreditatibus.nam.M.Tullius pro Cor.Balbo dixerat apud maiores noſtros legem tulit Quintus Voconius de mulierũ hæreditatibus:& diuus Auguſtinus.iii.de ciuitate dei. lata eſt lex Voconia:ne quis hæredem fœminam faceret:nec unicam filiam. Iuliæ leges.apud iuriſcõſultos legimus multas leges appellatas Iulias.nam.ff.& Codice:titulus eſt ad legem Iuliá maieſtatis: ad legem Iuliam de ui publica:item repetundarum:ad legem Iuliam de ui priuata: ad legem Iuliã de annona.ad legem Iuliam peculatus:ad legem Iuliam ambitus. Iuliæ legis de maritandis ordinibus meminerunt Apuleius & Tranqui. ſed imprimis monſtraſſe autumo legem Iuliam in adulteros & ſtupratores ab Auguſto latam authore Vlpiano quam Domitianus deſuetam reuocauerat Martialis. teſtimonio Iulia lex populis ex quo Fauſtine renata eſt: Atque intrare domos iuſſa pudicicia. Maieſtatis.quamuis ſupra quid ſit maieſtas enarrauimus: addam tamen non importune maieſtatem minuere eſſe de di

Voconia lex.

Iuliæ leges.

Maieſtas.

eorum:qui crimine uacarent: huius tu me tũ pe
nitus ſubſtuliſti cõtẽtus magnitudĩe : q̃ nulli ma
gis caruerũt:q̃ qui ſibi maieſtatem uindicabant.
Reddita eſt amicis fides:liberis pietas:obſequiũ
ſeruis:uerentur:& parent:& dominos habent:nõ
enim iam ſerui principis noſtri amici:ſed nos ſu-
mus:nec pater patriæ alienis ſe mãcipiis chario
rem:q̃ ciuibus ſuis credit.omnis accuſatore do-
meſtico liberaſti : unoque ſalutis publicæ ſigno
illud(ut ſic dixeri)ſeruile bellũ ſuſtuliſti:in quo
non minus ſeruis:q̃ dominis præſtitiſti.hos.n.ſe
curos:illos bonos feciſti.nõ uis interea laudari:
nec fortaſſe laudãda ſint:grata ſunt tamen recor-
dantibus principem illum in capita dominorum
ſeruos ſubornantẽ:monſtrantemq; crimina:quæ
tanq̃ delata puniret.magnũ:& ineuitabile: ac to
ties cuique experiendũ malum quoties quiſque
ſimiles principi ſeruos haberet. In eodem gene-
re ponendum eſt ꝙ teſtamẽta noſtra ſecura ſunt:
nec unus omniũ nũc: quia ſcriptus hæres. nõ tu

gnitate aut amplitudine: aut poteſtate imperii romani aliquid derogare: crimen ſecundum Vlp. ad le-
gem Iuliam maieſtatis ſacrilegio proximum:quod Tiberius atrociter puniuit.Nero autem inſtituit: ut
lege maieſtatis dicta factaq; omnia:quibus modo delator non deeſſet tenerentur: & Domitianus quoſ-
dam maieſtatis reos in curiam induxerat:quibus more maiorum condemnatis liberum mortis arbitri-
um permiſit ſcribẽte Tranqui.lege.ff.xlviii.ad legem Iuliam maieſtatis:quot criminum ſpecies comple-
ctatur crimen læſæ maieſtatis. Locupletabant.Paulus & Martianus iuriſconſulti teſtantur bona reo-
rum maieſtatis læſæ etiam poſt mortem
fiſco applicari:filios autem eorum Hono
rius & Arcadius conſtituerunt ab omni-
bus bonis paternis & maternis repelli : &
ab omni alia quauis hæreditate: & ſucceſ
ſione:Falcidiam tantum filiabus ex bonis
matris reliquunt. maieſtatis damnati ca-
pite plectunt. Eorum.ciuium. Qui cri
mine uacarent.innocentium. Magnitu-
dine. maieſtatis amplitudine. Vendica-
bant.ni ſibi uſurpabant:male enim terro-
re ueneratio acquiritur.at Traiãus ſi Dio-
ni credimus magis amari a romanis q̃ ti-
meri gaudebat. : Amicis fides. non ampli
us ſe inuicem reos agunt:neq; liberi parẽ-
tes:neq; ſerui dominos. Verentur & pa-
rent. lego apud Dionem: Neruam ſeruos
atq; libertorum plurimos dominis & pa-
tronis inſidiantes ad unum occidi impe-
raſſe: & ne ſerui in poſterum dominos cri
minarẽtur ed icto uetuiſſe:quod etiã feciſ
Martialis. locus. ſe Traianum Mart. in laudem eius refert.
libro.x. qui ſua reſtituis ſpoliato iura pa-
trono:Libertis exul nõ erit ille ſuis. Nõ
enim.ordo eſt:non enim iam ſerui noſtri
ſunt amici principis:ſed nos ſumus . nam
Claudius libertis ſuis omnia credidit & i-
dulſit ſic Galba: & Suidas memorat Caiũ
ſanxiſſe ut ſerui domios de quocunq; crimine poſſent accuſare.Hermogenianus.ff.v.rñdet:lege pmiſſũ
ſeruis ĩ certis caſibus cõtra domios cõſiſtere. Mancipiis.ſeruis. Omnes.dominor. Seruile bellũ.pmu
tatio.nam ſeruoꝝ in dominos coniurationẽ ſeruile bellũ uocauit:reſpiciens ad illud:quod in Sicilia or
tũ cũ a prætoribus opprimi minime ualuiſſet.Cn. Fuluio conſuli mandatũ eſt : cuius belli initiũ fuit
Eunus ſeruus natiõe Syrus:qui cõtracta agreſtiũ ſeruoꝝ manu:& ſolutis ergaſtulis iuſti exercitus nũe-
rum ipleuit:Cleon quoq; alter ſeruus ad.lxx.milia ſeruorũ contraxit:& copiis iunctis contra populũ ro
manũ exercitũque eius:bellũ ſæpenumero geſſerunt.hæc Liuius & Marcellinus. Non minus. pſtitiſti.
Non minorẽ opẽ tuliſti. Hos.dominos. Securos.a delatione ſeruoꝝ. Nec fortaſſe.diminutio.ideſt
ponamus ꝙ non ſint laudanda. Illum. potius intelligo Domitianũ quã alium:in quẽ recenti ſcelerum
memoria gladiũ oratoriũ diſtringit:cũ is cuilibet accuſatori crediderit. In capita.in perniciem. Sub-
Subornare ornantẽ.clanculũ inſtruentem:quid obiecturi eſſent eſt enim ſubornare falſum inſtruere aliquem ſemo
tis arbitris:& ſemper in malum uſurpatur.Liuius quarto belli punici: militem ſubornant: ut Syracuſas
perferret nunciũ conuenientẽ eis:quæ ad Milam falſo nunciata erant.Tranqui. Iulius Cæſar ſuborna-
uit:qui.C.Rabirio perduellionis dĩc diceret. Delata.ab alio explicata:detecta. Similes pricipi.malos.
In eodẽ genere.ſimiliter laudandũ. Secura.rata.libera.Claudiũ ferunt r nuiſſe ab ullo qui cognatos
haberet ſe relinqui hæredẽ:& publicatas ab aliis imperatoribus hæreditates ſuis reſtituiſſe. Pertinacem
uero tradit Capitolinus legẽ tuliſſe:ut teſtamenta priora non prius eſſent irrita:q̃ alia perfecta eſſent:ne
ue ob hoc fiſcus aliquando ſuccederet:ipſeq; profeſſus eſt nullius ſe aditurũ hæreditatẽ: quæ aut adula
tiõe alicuius eſſet delata: aut lite:aut perplexa:ut legitimi hæredes & neceſſarii priuarent: inde Iuſtinia-
nus ĩ Inſtitutionibus:diuus inquit Pertinax expreſſit nõ admiſſurũ ſe hæreditatẽ eius: q litis cã principẽ
reliquerit hæredẽ:neq; tabulas nõ legitie factas.in qbus ipſe ob eã cãm hæres inſtitutus erat. Probatu
rũ.nec unus oĩum nũc tu es hæres:qa ſcriptus ĩ teſtõ olim fuiſſes:& poſtea ultio:qđ ualere debet.Præte-
rit⁹ ſis.reſpexit Tiberiũ:q ut irrita & uana putauit illoꝝ teſtamẽta:quoſcũq; qs diceret hærede Cæſare
mori deſtinaſſe.nã ſecũdũ Paulũ eius bõa q ſe iperatorẽ factuꝝ hæredẽ iactauerat: a fiſco occupari nõ

poſſunt : nec ex imperfecto teſtamento imperatorem hæreditatem uendicare poſſe ſæpe conſtitutum eſt. licet enim lex imperii ſolemnibus iuris imperatorem ſoluerit: nihil tamẽ tam proprium imperii eſt: q̃ legibus uiuere. Falſis.confictis. Iniquis.utpote præteritis filiis : quos hæredes inſtituere debuiſſet potius q̃ imperatorem.legimus Tiberium metu & langore ad faſtidium uitæ ægiſſe.Cn. Lentulum Augurem:cui cenſus maximus fuerat:ut ne quo : niſi ipſo hærede moreretur : Caium uero teſtamenta primipilarium:qui ab initio principatus Tiberii neque illum neque ſe hæredem reliquiſſent : ut ingrata reſcidiſſe: Neronem denicꝫ inſtituiſſe: ut ingratorum in principe teſtamenta ad fiſcum pertinerent: ac ne impune eſſet ſtudioſis uiris. qui ſcripſiſſent : uel dictaſſent ea.ſatis conſtat lecto teſtamento Agricolæ : ſicut Tacitus in eius uita refert : quo optimæ uxori: & piiſſimæ filiæ Domitianum ſcripſit : lætatum eum uelut honorẽ iudicioque . tam cœca & corrupta mens aſſiduis adulationibus erat : ut neſciret a bono patre : non ſcribi hæredem niſi malum principem: ubi mẽda ſatis obuia pro teſtamento legitur teſtimonio. Nullius iracundia confugit ad te . nullus te dixit hæredem : quod iratus eſſet in ſuos: quod impius : dum filios præterit : ꝙ furore non ratione ductus ſit. Nuncuparis. hæres nominaris : qua dictione iuriſconſulti plærunqꝫ utuntur . Vlp.ff.xxviii. de teſtamentis . hæredes palam ita ut exaudiri poſſint nuncupandi ſunt : licebit ergo teſtanti : uel hæredes nuncupare:uel ſcribere ſed ſi nuncupat : palam debet.ſ. ita ut exaudiri poſſit a teſtibus. Theodo. & Valent.Impp.libro ſexto cod.titulo de teſtamẽtis p nũcupationẽ dicũt hoc ẽ ſine ſcriptura:teſtamẽta quocꝫ nõ aliter ualere

Taciti locus.

Nũcupare.

falſis : non tu iniquis tabulis aduocaris . nullius ad te iracundia : nullius impietas : nullius furor confugit:nec quia offendit alius nuncuparis:ſed quia ipſe meruiſti. Scriberis ab amicis: ab ignotis præteriris:nihilqꝫ inter priuatum:& principẽ intereſt:niſi ꝙ nunc a pluribus amaris:nã & plures amas. Tenes Cæſar hũc curſum: & probatur experimento:ſit ne feracius:& uberius:nõ ad laudem modo:ſed ad pecuniam principi:ſi hærede illo mori homines uelint : quam ſi cogantur. Donauit pater tuus multa : & ipſe donaſti . ceſſerit parum gratus : manent tamen ii;qui bonis eius: fruãtur:nihilqꝫ ex illis ad te niſi gloria redit:nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus : clariorem ingratus facit . Sed quis ante te laudem iſtam pecuniæ prætulit? quotus quiſque principum ne id quidem in patrimoniis noſtris ſuũ duxit:quod eſſet de ſuo.nõne ut regũ: ita Cæſarum munera illitos cibis hamos:oppertos p̃da laque-

ſancimus:q̃ ſi ſeptẽ teſtes:& ſimul uno eodẽqꝫ tẽpore collecti teſtatoris uoluntatẽ: ut teſtamentum ſine ſcriptura facientis audiuerint. Tacitus.nec defuerunt:qui monerent magna ex parte hæredẽ Cæſarem nuncupare. Tranqui.etiã in Caio opportune uſus eſt hoc uerbo.metu inquit iã & ab ignotis inter familiares:& a parentibus inter liberos palã hæres nuncuparetur:deriſores uocabat: quod poſt nũcupationẽ uiuere perſeuerabant. Quia alius offendit.te.ſ.per id putans poſſe imperatoriã indignationẽ mitigari. Vitellius equitem romanũ proclamantem cũ raperetur ad pœnam hæres meus es:exhibere teſtamenti tabulas coegit:utqꝫ legit cohæredem ſibi libertũ eius aſcriptũ:iugulari cum liberto imperauit. Meruiſti.ꝑpter tua in illũ merita:Tranq.narrat Auguſtũ accœpiſſe uiginti annis quaterdecies milies ſext. ex teſtamentis amicorum. Præteritis.non relinqueris hæres. Priuatim.dũ nondũ eras imperator.

Curſum.uitæ ordinẽ. Sit ne feracius.ſenſus eſt experientia oſtẽdis principẽ: qui ametur a ſuis:nõ ſolũ maiorem laudem:ſed etiam pecuniam ſibi comparare ab amicis illũ ultro hæredem relinquentibus:q̃ illos qui cogebãt ciues ſe nũcupare hæredes. Pater tuus.Nerua. Donauit multa.nã quaſcũqꝫ pecunias ĩ regiis theſauris cõperit reliquas:iniuſte ſpoliatis a Domitião reſtituit:paupibus rodecies quinquagies cẽtena milia erogauit agroſqꝫ ſua pecunia coẽptos præpoſitis ſenatorii ordinis uiris:q̃ illos egenis diuiderent.nihilo ſegnior in amicos extitit: cõpluribus ingentia beneficia conferens . nã Philoſtratus in uitis ſophiſtarũ tradit Atticũ declamatoris Herodis patrem domi ſuæ thæſaurũ ingentem effodiſſe:ac Neruæ ĩperatori ſcripſiſſe quid placeret fieri de illo cui Cæſarẽ reſcripſiſſe inuẽto uti debere.uerum Atticus ſibi metuens iterũ ſcripſit:ſed inuentũ excedit priuatam conditionem : ad quæ imperator reſcripſit:etiam pro arbitrio tuo abutere. Ceſſerit parum gratus. & ſi aliquis horũ inuentus eſt parũ gratus erga illũ:uel deceſſerit parũ gratus: ſi aliquis horum donatus a patre tuo deceſſit præterito te in teſtamento. Manẽt.uiuũt ſine diſcrimine hæredes ingrati defuncti. Eius.Neruæ. Illis.bonis:quæ pater tuus elargitus ẽ. Clariorẽ.illuſtriorẽ.notabiliorẽ.ſnia duplex. Sed qs.iterrogatio:quæ hoc agit ut neges. Prætulit laudẽ iſtã pecũiæ.potius uoluit laudari q̃ hẽre pecũiã. Quotus qſqꝫ.nullus ẽ q. In pĩmõiis uſis.ꝙ a maioribus & parẽtibus trãſmiſſũ fuerat ad nos. Duxit.putauit. Quod eẽt de ſuo. quod ipſe & ſupiores pricipes donaſſent. Illitos cibis hamos.cõtectos æſca uncos:q̃bus piſces capiunt

os æmulabantur: cum priuatis facultatibus uelut hauſta: & multiplicata: retro ſecum quicquid attigerant referrent. Quam utile eſt ad uſum ſecundorum per aduerſa ueniſſe. Vixiſti nobiſcum: periclitatus es: timuiſti: quæ tunc erat innocentium uita: ſcis: & expertus es quantopere deteſtentur malos principes etiam: qui malos faciūt. meminiſti quæ optare nobiſcum: quæ ſis queri ſolitus. nam priuato iudicio principem geris: meliorem imo te præſtas: q̄ tibi alium precabare. Itaq; ſic imbuti ſumus: ut quibus erat ſumma uotorū melior peſſimo princeps: iam non poſſimus: niſi optimum ferre. Nemo eſt ergo: tam tui: tam ignarus ſui: ut locum ipſum poſt te concupiſcat. facilius eſt: ut eſſe aliquis ſucceſſor tuus poſſit: quam ut uelit. quis enim curæ tuæ molem ſponte ſubeat? quis comparari tibi non reformidet? Expertus: & ipſe es: q̄ ſit honeroſum ſuccedere bono principi: & afferebas excuſationem adoptari. An prona: paruaque ſunt ad æmulandum: quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? Salua eſt omnibus uita: & dignitas uitæ: nec iam conſideratus: ac ſapiens: qui ætatem in tenebris agit. Eadem quippe ſub principe uirtutibus p̄mia: q̄ i libertate: nec benefactis tm̄ ex cōſcīctia: ſed ēt præmia ſunt merces. Amas cōſtātiā

ſic & muneribus homines illaqueantur. Mart. captatores notans. Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus. Calida ſic ſtultas decipit eſca feras. Illitos cibis hamos. opertos præda laqueos. tres exornationes notari poſſunt: compar: ſimiliter cadens: permutatio. Multiplicata. longe maiora munera. Referrent. hæredes inſtituti Cæſares. Priuatis. a priuatis. Quicquid attigerant. cuicunq; aliquid donaſſent. Ad uſum ſecundorum. ad felicitatem. Per aduerſa. quæ faciunt ut bona melius intelligamus. nam idem dixit habet has uices conditio mortalium ut aduerſa ex ſecundis: ex aduerſis ſecunda noſcantur. Periclitatus es. nobiſcum ſub Domitiano nam omnium primatum dies & horas: quibus nati erant inquirens: non paucos etiam eorum: qui deſperabāt aliquam potentiam conſequi: interfecit. Mar. Tullius de oratore magna laus illa & admirabilis uideri ſolet tuliſſe caſus ſapienter aduerſos: non fractum eſſe fortuna: retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.

Qui malos facient. adulatores. circuitio. Quæ. qualem principem. Quæ. Domitiani ſcelera. Principem geris. es princeps. Priuato iudicio. cum recte ſcias priuatorum iudicia de principe: uel te talem geris in principatu: qualem priuatus tibi principem optabas. Alium. principem eſſe. Imbuti. aſſueti. Quibus. nobis. Summa uotorum. ſummum uotum: ut nobis daretur. Melior. minus malus. Peſſimo. Domitiano. Niſi optimum. tibi ſimilem. Ignarus tui. alienus a cognatione tui. Tam ignarus ſui. tam ſtultus. Locum ipſum. imperii habenas. Poſt te. poſt obitum tuum. affectauit: tamen imperium Adrianus poſt mortem Traiani: q̄uis nō deſtinatus: neq; ab eo adoptatus: ſed potiſſimum fauente Plotina Cæſar creatus. multum Traiano diſſimilis: ſed non contemnendus imperator. Poſſit. eſſe neceſſario. Quam ut uelit. q̄ uoluntate cum uideat non poſſe tua ueſtigia ſubſequi. Molem. pondus.

Comparari tibi. quis non diffidet tuas uirtutes æquare? Bono principi. Neruæ. Adoptari. cur non debebas adoptari a bono: cum difficile eſſet illum imitari. Prona. in promptu. Nemo rependit incolumitatem turpitudine. nullus imperator incolumes facit: & abſoluit uiros: quod ſint turpes: & proboſi: ut olim fiebat: nam ſcimus Neronem profeſſis apud ſe obſcœnitatē: cætera quoq; cōceſſiſſe delicta: ut aptius dicā: nemo cogi eē turpis: ut icolumis ſit.

Dignitas uitæ. qa dignitates aſſeqtur nō flagitiis: ſed uirtutibus. ppulchre Cicero dixit ſcripſiſſe Platonē: q̄les in rep. pricipes eēnt: tales reliquos ſolere eē ciues. & Theopōpus referēte Athæneo recitauit Philippū Alexandri patrē extitiſſe prodigū & lurconē: unde amicos eius talibus uiciis laboraſſe: nā multos illi ſimiles: alios breui regio luxu corruptos ad eā uitā defluxiſſe. Conſyderatus. habetur. In tenebris. ſine honore. in ocio: in ſeceſſu ut faciebant ſub Domitiano. Præmia. ſunt conſtituta. Virtutibus. uiris bonis. Quæ. erant ordinata. Nec tantū ex cōſcientia merces benefactis. nā ſæpius factorū ſuorū conſcientiā præmiū facit. in primo enim epiſtolarum meminimus inquit quanto maiore animo fructus honeſtatis in conſcientia: quam in fama reponatur. ſub Traiano uero non ſolū hoc. ſed etiā honorū & diuitiarum pro uirtutibus præmium reportabant boni. ſapiens enim. & ſi nulla re indigeat tamen authore Seneca multis illi rebus opus eſt. merces noiatiui caſus eſt dicta a merēdo: quāquā apud iuriſconſultos merx p̄ mercimonio legat: cuius accuſatiuū pluralē merces Ouidius in heroidibus protulit. Neq; me crede fretum: merces portante carina Findere. apud Nonium ſic ſcriptum inuenies: merx: & mercatura hoc diſtant: q, merx eſt ſpecies ipſa: mercatura eſt actus ipſe: mercatus autem locus in quo

Merces. Merx.

agitur mercatura. Rectos.iuſtos. Vt alii principes ſolebant. Tacitus memorat Corbulonem ſam bellum Caucis Germanis parentem litteris Claudii repreſſum:quoſdam enim dicere ſolitos apud principem.quicquid proſpere fæciſſet Corbulo id caſurum in reipubli.damnum:formidoloſum paci uirum inſignem:& ignaro principi pergrauem. Cum ſatis ſit.bonis uiris. Si non nocet.eſſe bonis: ut fieri ſolebat ſub malis principibus : quibus uirtus erat ſuſpecta. His.bonis. Honores . magiſtratus. Sacerdotia.pontificatus.auguratus:& his ſimilia. Prouincias.imperia.diſſolutio color. Hi.boni. Florent . illuſtrantur. Iſti. alii.ſic

ciuium: rectoſq; : ac uiuidos animos non ut alii contundis ac deprimis:ſed foues: & attollis. Prodeſt bonos eſſe:cum ſit ſatis:abundeq; ſi non nocet.his honores:his ſacerdotia: his ꝓuincias offers:hi amicicia tua: hi iudicio florent : acuūtur iſti integritatis:& induſtriæ ꝑcio.ſimiles:diſſimiles alliciuntur.nam præmia bonorum:malorūq; bonos:ac malos faciunt.Pauci adeo ingenio ualent:ut non turpe honeſtūq;:prout bene ac ſecus ceſſit.expetant fugiantue:cæteri ubi laboris inertiæ:uigilātiæ ſomno:frugalitatis luxurię merces dat̄.eadem iſta quibus alios artibus aſſecuros uident:conſectantur:q̄leſq; ſunt illi:tales eſſe: & uideri uolunt:& dum uolunt fiunt : & priores qdē̄ principes excepto patre tuo:ꝑterea uno: aut altero:& nimis dixi:uitiis potius ciuium:q̄ uirtutibus lætabantur:primum qđ in alio ſua quęq; natura delectat.deinde quos patiētiores ſeruitutis arbitrabāt̄:quos nō deceret eē̄ niſi ſeruos:& hoꝝ

Antonius philoſophus ex malis bonos fæcit:ex bonis optimos : fuitque per omnia moderatiſſimus in hominibus deterrendis a malo: inuitandis ad bonum : remunerandis copia & indulgentia liberalis. Acuuntur.ad imitationem bonorum. Precio integritatis : cum uident integros uiros & induſtrios remunerari. Similes . boni. Diſſimiles . mali. Præmia bonorum. quæ dantur bonis a principe faciunt alios bonos : cum uident bonos eſſe in precio: ſicut malorum præmia faciunt malos. Pauci adeo ingenio ualent.pauci admodum reperiuntur ea natura præditi:ut uicia:aut uirtutes pro rationibus temporum expetant : aut fugiant. Turpe . uicium. Honeſtum . uirtutem. Pro ut bene ceſſit . ſi bene euenit pro uicio aut uirtute:expetunt uel unum: uel alterum: ſi male fugiunt. Ac ſecus. male ceſſit ideſt præponūt utile honeſto: neque ſequuntur honeſtum uirtutis cauſa:ſed ſpe ꝓmii. Cæteri.plurimi. Vbi merces laboris datur inertiæ . præmium quod debebatur laborioſis uiris erogatur inertibus:& quod uigilantibus : datur ſomniculoſis : & quod frugalibus : transfertur ad prodigos.

Eadem iſta.præmia. Conſectantur.conquirunt. Tacitus libro.xvi.de Nerone agens. Caio inquit Petronio dies per ſomnum : nox officiis & oblectamentis uitæ transigebatur.utque alios induſtria ita hunc ignauia ad famam protulerat.reuolutus ad uicia:ſeu uiciorū imitationem inter paucos familiariū Neroni aſſumptus eſt. Quibus artibus.malis. Illi.improbi:qui munera comparant p ſcelera.nā ſecundū Mart.Nemo ſuos:hæc eſt aulæ natura potentis:Sed domini mores Cæſarianus habet. Tales. cæteri. Dū uolunt.eſſe & uideri mali. Fiunt.tales re uera euadunt.traductio. Vno aut altero.Augusto:& Tito:quos conſtat fuiſſe bonos.unde Dion in Tito memorat Titū Auguſto comparandum in diuerſa ætate:huncq; ſi minus uixiſſet nunq̄ a romanis dilectū fuiſſe:neq; illū ſi plus:nam Auguſtus crudelior in principio propter hoſtes & ſeditiones:poſtea longo tempore multis in populū ro.beneficiis claruit:at Titus humāe iperans periit in robore gloriæ.fortaſſis nō uacaturus culpa:ſi diutius uexiſſet:qua fortuna maiori q̄ uirtute utebat̄. Nimis dixi.quia duos ante Traianū principes bonos fuiſſe retuli. Auguſtus enim inter initia crudelis fuit authoribus Dione:Appiano:Tranqllo.& Titus cū patre principatū adminiſtrans ſe inciuilius & uiolentius ægit.ſi quidem ſuſpectiſſimū quenq; ſibi:ſubmiſſis:qui per theatra & caſtra quaſi conſenſu ad pœnam depoſcerent:haud cunctanter oppreſſit in his Aulum Cecinnam conſularē uirū uocatum ad cœnam. ac uixdū triclinio egreſſum confodi iuſſit. Viciis. Tranq. in Domitiano:ſatis conſtat duos ſolos e notioribus uenia donatos:tribunū laticlauiū : & centurionem qui ſe quo facilius expertes culpæ oſtenderent:impudicos probauerant: & ob id neq; apud ducem:neq; apud milites ullius momenti eſſe potuiſſe.tribunū Dion nominat. Iulius ait Caluester tribunus militū accuſatus ꝙ ſæpius cū Antonio Saturnino ſecreto congrederetur:neq; hoc diluere poſſet:reſpondit ſe conuenire ſolitū ob amorem.etat enim eius ætatis & formæ: qui poſſet amari : inde abſolutus hoc ſolum dixit:ceſſabo ab iis:quæ conſuetam.remiſit igitur Domitianus crimen maieſtatis læſæ Caluestro: quia impudicus erat:nam & ipſe in mares pronior fuit. Sua natura delectat quenque in alio. ſententia ideſt unuſquiſq; delectatur cum uidet ſui ſimilem. Niſi ſeruos. uiciorum : qualem Criſpinum Iuuenalis pulſat . & ideo Domitiano gratum . uel. Niſi ſeruos . uilis animi : non affectantes principatum. Horū.malorū.in quos ſatyricus gladium diſtrinxit.Criminibus debent ortos:prætoria: menſas.

Tranqui. locus.

in ſinum omnia congerebant: bonos autem ocio: aut ſitu obſtruſos: & quaſi ſepultos non niſi delationibus: & periculis in lucem: ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis: & Hercule æquum eſt eſſe eos cariſſimos bono principi: qui inuiſi malo fuerint. Scis ut ſicut diuerſa natura Dominatio: & principatus: ita non aliis eſſe principem gratiorem: q̃ qui maxime dominum grauentur. Hos ergo prouehis: & oſtentas quaſi ſpecimen: & exemplar: quæ tibi ſecta uitæ: quod hominum genus placeat. ideo nõ cenſuram adhuc: non præfecturam morum recœpiſti: quia tibi beneficiis potius quam remediis ingenia noſtra experiri placet. & alioquin neſcio an plus moribus conferat princeps: qui bonos eſſe patitũt: q̃ qui cogit. Flexibiles: quancunq; in partem ducimur a principe: atq;: ut ita dicã: ſequaces ſumus: huic enim cari: huic probati eſſe cupimus: quod fruſtra ſperauerunt diſſimiles: eoq; obſequii cõtinuatione peruenimus: ut ptope omnes homines unius moribus uiuamus. porro non tam ſiniſtre conſtitutum eſt: ut qui malum principem poſſumus: bonum non poſſimus imitari. Perge mõ Cæſar: & uim: effectũq; cenſuræ tuum propoſitum: tui actus obtinebũt. nam uita principis cenſura eſt: eaq; perpetua: ad hanc dirigimur: ad hãc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt: q̃ exẽplo: quippe ĩfidelis recti magiſter ẽ metus. melius homines exẽplis docentur: quę ĩptimis hoc in ſe boni habent: qđ approbant: quę p̃cipiũt fieri poſſe. Et qs terror ualuiſſet efficere: qđ reuerentia tui effecit? obtinuit aliquis: ut ſpectaculũ pantomi-

Omnia: dona. ut Claudius Narciſſo & Pallanti: Nero Polycleto. Galba Icelo libertis. Situ. deſuetudine. priuatione munerum ciuilium. Lucem. noticiam & famam. Legis. ſecernis. Eos. uiros optimos. Malo principi. Domitiano. Diuerſa: ſunt a natura: nam dominatio: quę tyrannis dicitur: tanquam dominus ſeruis imperat: principatus: quod regnum appellamus: tanquam pater filiis. ita principem non eſſe gratiorem aliis ciuibus: quam qui maxime grauentur ideſt ægre patiuntur dominum tyrannum. Hos. bonos. Prouehis. ad honores promoues. Exemplar. indicium. Secta. ordo: uia: modus. Non recœpiſti cenſuram. noluiſti fieri cenſor. Non præfecturam morum. interpretatio cenſuræ. quæ nihil aliud eſt quam morum præfectura. Auguſtus rem ipſam ſine nomine recœpit: author enim Tranqui. recœpiſſe morum & legum regimen perpetuu; ſine honore cenſuræ. Remediis. notis cenſoriis. Experiri. an potius beneficiis ad beneuiuendum excitemur: qua; ignominia.

Alioquin. inſuper. Neſcio. dubitatio: qua tamen oſtenditur magis probari principem qui ſuos ciues patitur eſſe bonos. ideſt qui utitur clæmentia: q̃ qui cogit uicia. ſcilicet ſeuere reprimit admiſſa. latenter Domitianum mõſtrat qui ſuſcœpta morum correctione multa ſeuere exercuit. Sequaces. fautores. imitatores. conſecutores: unde ſequaces hederas appellamus a natura ſequentes: quibus adhæſerint. Huic. Traiano. Diſſimiles. peſſimi. Vnius. Traiani. Conſtitutu;. comparatum a natura. Vim. rem quam uis non recœperis nomen cenſoris. Tuum propoſitum. tuum inſtitutum beneuiuendi & faciendi optima. Obtinebunt uim. perinde erit in effectu ac ſi cenſor eſſes. Vita. bona. Cenſura. regimen morum. nam Traianus cum populo humaniter uerſabatur: & cum ſenatoribus grauiter: cunctis quidem amabilis: metuendus uero nulli: niſi hoſtibus. hæc Dion. quare non immerito: Xenophon tradit Ageſilaum priuatorum hominum errata modeſte tuliſſe: principum uero maxima exiſtimaſſe: iudicabat enim ab illis pauca: ſed ab his mala multa conſtitui. Nec tam imperio. ſic eſt enim ſic eſt: exaſperat homines imperata correctio: blandiſſime iubetur exemplo: authore Pacato: in Panagyrico Theodoſii. Mœtus eſt infidelis magiſter recti. iam dixerat libro nono timor abit ſi recedas Marcus Tullius aſſerit metum malum cuſtodem diuturnitatis. nam longe ualentior amor ad obtinendum quicquid uolueris: unde non iniuria dixit metum infidelem magiſtrum recti. Exemplis docentur melius: quam præcœptis. ſcribit enim Fabius. quantum græci præcœptis ualent: tantum romani: (quod eſt maius) exemplis: & quidem longe probabilius eſt ſe uirum bonum rebus: q̃ uerbis oſtendere: nihilq; recte ſine exemplo docetur: aut diſcitur. Boni. uſus. Approbant. re. hoc infert ut ad alia tranſeat. Obtinuit aliquis. qualis Tiberius quẽ narrat Dion exegiſſe pãtomimos ab urbe: & ne ea arte quis uteret̃ iuſſiſſe: quia mulieres corrũpebãt: & tumultus excitabãt. Nero pariter factiões pantomimorũ cũ ipſis ſimul relegauit: ſed magis hoc ad Domitianũ referendũ crediderim: qui ſcenam hiſtrionibus interdixit: tantũ intra domum exercendi

artem iure conceſſo:ſeruat præcœptum rhetorum ex comparatione peſſimi lauando optimum. repete
quæ de pantomimis alibi annotauimus. Vt uellet.ut eſſet contentus populus Ro. Rogatus es.pe-
tiuit precibus a te populus:ut pantomimos tolleres. Alius.Domitianus. Beneficium.id romani pro
beneficio reputarunt. Neceſſitas.parere imperio Domitiani. Concentu.conclamatione.concordia.
conſenſu. A patre tuo.a Nerua ſublata ſunt pantomimorum ſpectacula:quæ poſtea Traianus in thea
trum reduxit ſi Dioni credimus:refert enim hunc imperatorem hiſtrione Pylade non mediocriter oble
ctatum : in cuius laudem Boetus græcus
epigramma cecinit:quo ſignificatur illum
recitaſſe Bacchi tragœdiam. nõ omittam
Dionem:'quantum ex eius compendio li-
cet intueri:tradere Neruam impendia cõ-
traxiſſe : ſuſtuliſſe multa ſacrificia : equo-
rum curſus:atq; certamina:nec minus ſpe
ctacula quædam : nulla tamen de panto-
mimis particulariter habita mentione.

morum popu.Ro.tolli peteretur: ſed non obti-
nuit:ut uellet.rogatus es tu quod cogebat alius:
cœpitq; eſſe beneficium:quod neceſſitas fuerat.
neque enim a te minore concentu: ut tolleres pã
tomimos:quam a patre tuo:ut reſtitueret : exa-
ctum eſt.Vtrumque recte:nam: & reſtitui opor
tebat:quos ſuſtulerat malus princeps: & tolli re
ſtitutos.In his enim:quæ a malis bene fiunt:hic
tenendus eſt modus:ut appareat authorem : di-
ſplicuiſſe : non factum . Idem ergo populus ille
aliquando ſcenici imperatoris ſpectator : & ap-
plauſor : nunc in pantomimis quoque aduerſa-
tur : & damnat effœminatas artes : & indecora
ſæculo ſtudia.Ex quo manifeſtum eſt principum
diſciplinam capere etiam uulgus: cum rem:ſi ab
uno fiat : ſeueriſſimam fecerint omnes . Macte
hac grauitatis gloria Cæſar : Qua conſecutus
es : ut quod antea uis : & imperium : nunc mo-
res uocarentur . Caſtigauerunt uitia ſua ipſi :
qui caſtigari merebantur : idemque emendato-
res : qui emendandi fuerunt . Itaque nemo de ſe
ueritate tua queritur:& liberum ẽ queri.Sed cũ

Exactum eſt.poſtularunt cuncti. Vtrũ
que recte.factum eſt. Malus. Domitia-
nus. Tolli.remoueri. nam ſpectantium
mores ſolent inficere pantomimi : unde
merito diuus Auguſtinus libro : cui titu-
lus de ciuitate dei : plærunq; ingenii acu-
men intendit in deperditos pantomimo-
rum motus : & inhoneſtas ſaltationes.
Malis.hominibus. Bene.honeſta. Au
thorem.diſplicuiſſe:non factum quia bo-
num. Scenici imperatoris.Neronem re-
ſpicit : qui ſcænicis artibus imbutus pri-
mum Neapoli prodiit in ſcenam : deinde
etiam magni æſtimauit cantare Romæ:
inſuper non dubitauit priuatis ſpectacu-
lis operam inter ſcenicos dare:quodã præ
torum ſextertium decies offerente. tragœ
dias quoq; cantauit perſonatus heroum
deorumq;.Tranqui.author. legimus etiã
Caium fuiſſe cantatorem & ſaltatorem:
coq; die quo periit peruigilium indixiſſe:
ut initium in ſcenam prodeundi licentia temporum auſpicaretur. Applauſor.nam captus Nero mo-
dulatis Alexandrinorum laudationibus:plures Alexandria euocauit.nec eo ſegnius adoleſcentes eque-
ſtris ordinis:& quinq; amplius milia e plebe robuſtiſſimæ iuuentutis undiq; elegit : qui diuiſi in factio-
nes plauſuum genera condiſcerent. Effœminatas . molles:corruptrices. Sæculo . temporibus tuis.
Vulgus capere etiam diſciplinam principum. ſequi mores ſuorum principũ. Rem ſeueriſſimam.
exterminationem pantomimorũ a theatro. Fæcerint.ſecuti ſint libenter. Ab uno . principe Traia-
no. Macte Cæſar.cumulate:& magis aucte hac grauitatis gloria.a ſacris ſermo tractus referente Ser Macte:
uio:quoties enim aut thus:aut uinũ ſuper uictimã fondebaẽ:dicebãt mactus eſt taurus uino uel thure.
hoc eſt:cumulata eſt hoſtia.& magis aucta:inde ad eos:q uirtute uel honoribus aucti ſunt transferẽ.M.
Tullius de rep.ferunt laudibus:mactant honoribus.i.magis augent.Seneca.ix.epiſtolarũ.macte uirtutis
eſto.ſanguinolentis:& ex acie redeuntibus hoc dicit.Cato tamen in re ruſtica macte inqt uino inferiori
eſto:& macte hac illace dape pollucẽda eſto:ac interdũ aliter.coniũgi ſeptimo caſu authores ſunt Dona
tus & Diomedes.Martialis etiam genitiuũ aſcripſit.Macte animi dicens.uariari per caſus multorũ teſti
monio confirmaẽ:nam Pompeius nominatiuũ ſingularem ſicut Cato protulit : mactus hoc ferto ſcri-
bens:Curtius libro quarto pluralẽ:uos quidẽ macti uirtute eſtote:ſic Plinius ſenior libro.ii.macti inge-
nio & cœli interpretes.uerũtamen apud Liuium libro.ii.ab urbe condita indeclinabile poſitũ eſſe uide-
tur.iuberem inqt macte uirtute eſſe:ſic nõ multo poſt Secũdus:macte uterq; in remp.merito.qua dictio
ne uideẽ uſus Actius Nonio docente:qui multorum teſtimonia ſuper hoc uerbo citat. Mores. hone-
ſtum propoſitum tollendorum pantomimorum. Vicia.aliorũ. Ipſi.ut Caius:ut Claudius:ut Nero:
ut Domitianus:qui merebantur caſtigari.tranſgreſſio:quæ perturbat ordinem uerborum. Liberum
eſt.licet.nec igitur mirum ſi ea dicendi libertate Iuuenalis ſub Traiano ſit uſus : q̃uis conqueratur non
eſſe priorum libertatem : & tamen liberrime loquatur : quod indicium fuit : maximæ libertatis.

ita compatatum ſit : ut de nullo minus principe quetantut homines:q̄ de quo maxime licet : tamen in ſæculo nihil eſt : quo nõ omne hominum genus lætetur:& gaudeat:boni prouehũtur: mali:qui eſt tranquilliſſimus ſtatus ciuitatis:nec timent:nec timentur.mederis erroribus:ſed ĩplorãtibus oibuſq;:quos bonos facis hanc aſtruis laudẽ:ne coegiſſe uidearis. Quid uitã? quid mores iuuẽtutis? q̄ principaliter formas? quẽ honorẽ dicẽdi magiſtris: q̄ dignitatẽ ſapientiæ doctoribus habes? ut ſub te ſpiritũ:& ſanguinem:& patriã receperũt ſtudia:quæ priorũ tẽporũ ĩmanitas exiliis puniebat:cum ſibi uitiorũ oium cõſcius princeps inimicas uitiis artes nõ odio magiſq̄ reuerẽtia relegaret. At tu eaſdẽ artes ĩ cõplexu oculis: auribus habes. Præſtas.n.quæcũq; p̃cipiunt:tãtumq; eas diligis: quantum ab illis probaris. An

Comparatum.conſuetum:conſtitutum. Licet.libertas conceſſa eſt. In ſæculo temporibus noſtris: tuo principatu. Nihil eſt.nulla res fit. Omne.genus cuiuſcunq; conditionis. Boni prouehũtur.uirtute prædiri dignitatibus honeſtant. Suidas inquit Traianus nemini inuidit:neq; aliquẽ dignitate priuauit:ſed mirũinmodum omnes bonos fouit:icciteo neminem uerebatur:neq; oderat. Claudianus de Stiliſcone hũc locũ æmulatus eſt ſicut alibi in aliis plærũq;. Hinc priſcæ redeũt artes: fœlicibus ide ingeniis aperitur iter:deſpectaq; muſæ Colla leuant:opibuſq; fluens: & pauper eodẽ Nitit ad fructũ ſtudio : cũ cernat uterq; Quod nec inops iaceat p̃bitas : nec inertia ſurgat Diuitiis. Nec timent accuſatores: cum reliqui ſint boni. Nec timentur.a bonis: quia nullam lædendi facultatem habent. Erroribus. punis malos uiros. Implorantibus.cum ploratu opem petentibus : ut medearis. Aſtruis.addis: applicas. Ne coegiſſe uideatis.ut ſua ſponte boni uideantur effecti. Iuuentutis romanæ. conductis ſtipendio tuo rhetoribus : qui iuuenes eloquẽtia ſua excolãt. inter cæteros mõſtrat Fabium Quintilianum:qui ad imperium Traiani peruenit : & ſub eo profeſſus eſt. Dicendi magiſtris:rhetoribus.circuitio. nam Celſo ſtatuã publice poni iuſſit auctore Dione:& muneribus poetas affæcit dicente de eo Iuuenale. Nemo tamen ſtudiis indignũ ferre laborem Cogetur poſthac:nectit quicũq; canoris Eloquiũ uocale modis:laurumq; momordit. Sapiẽtiæ doctoribus.iam prædiximus quẽdã philoſophũ in curru triũphali a Traiano honoris cauſa poſitũ:addam etiam uſum fuiſſe præceptore Plutarcho philoſopho & hiſtorico grauiſſimo: extat adhuc eius epiſtola : q̄ Traianũ libere monet:ut ſe in principatu optime gerat. Spiritũ:& ſanguinem.uitam nam ſub Domitiano multi ſecũdũ Dionem interfecti:quod philoſophiæ operam darent:reliqui urbe pulſi. hunc locũ Tacitus in præfatiõe uitæ Agricolæ apertius exequit. legimus inquit cũ Aruleno Ruſtico Pætus Thraſea:Herennio Senectiõi Priſcus Heluidius laudati eẽnt:capitale fuiſſe:neq; in ipſos modo authores:ſed in liberos quoq; eorũ ſæuitũ eſſe:delegato triumuiris miniſterio:ut monumenta clariſſimorum ingeniorũ in comitio ac foro uterentur.ſcilicet illo igne uocẽ populi romani:& libertatẽ ſenatus:& conſcientiam generis humani aboleri arbitrabãtur:expulſis inſuper ſapientiæ p̃feſſoribus:atq; omni bona arte in exiliũ actã.ne qd unq̄ honeſtũ occurreret.nũc demũ redit animus Nerua Cæſare beatiſſimi ſæculi ortu:res olim diſſociabiles miſcente principatũ:& libertatem:augeatq; quotidie fœlicitatẽ imperii. Nerua Traianus : nec ſpẽ modo ac uotũ:ſecuritas publica:ſed ipſius uoti fiduciam ac robur aſſumpſerit. Patriam.Romã unde fuerunt expulſa. Studia.litterarũ.& erunt adhuc:qui diſſimulabunt Iuuenalẽ nõ ſcripſiſſe hæc de Traiano ſatyra.vii.Et ſpes & ratio ſtudiorũ in Cæſare tãtũ:Solus.n.triſtes hac tẽpeſtate camœnas reſpexit. ego ut ſupra multis argumentis cõprobaui ſub Traiano ſcriptã Iuuenalis ſatyram:ita de eo illic locutũ facile contenderim:nã q̄uis Dionis authoritate:nõ fuerit Traianus exactæ doctrinæ:tamẽ doctos & fouit:& extulit:& ne longius recedamus:nonne Secundũ oratorem excuſſum multis prouectũ dignitatibus imprimis carum habuit. Priorũ temporũ. Athenæus ait quidam Sophocles decreto eiecit omnes ab attica philoſophos:& romãi in omnibus optimi eoſdẽ ab urbe expulere tanq̄ iuuẽturis corruptores: nam Lucio Poſthumio conſule Alciũ & Phileſiũ epicureos : ſic Meſſenenſes epicureos oẽs abægerunt: pariter Antiochus rex cuiuſcũq; ſectæ regno ſuo ĩterdixit:neq; fatet ſcire quomodo poſtea a rõanis recœpti fuerint.ad hæc in Tiberio Tranqui.obiectũ eſt poetæ:quod in tragœdia Agamemnonẽ probris laceſſiſſet:obiectũ & hiſtorico:q; Brutum & Caſſium romanorũ ultimos dixiſſet:animaduerſum ſtatim in authores:ſcriptaq; abolita:q̄uis probarent ut etiã aliquot ante annos Auguſto audiente recitata.quibuſdam cuſtodia traditis nonmodo ſtudẽdi ſolatium ademptũ:ſed etiam ſermonis & colloquii uſum.

Princeps.Domitianus. Artes.philoſophiam:nã uera philoſophia eſt uiciis carere:& uirtutibus abundare. Reuerentia.timore. In complexu.in ſinu. Præſtas.te facis q; philoſophi præcipiũt:munerã enim ſapientis & non indocti hominis obibat:nihilq; oino erat:quod optime non exerceret. Quantũ ab illis probaris.unde Iuuenalis hortat iuuenes doctos ad laudes Traiani.Hoc agite o iuuenes circũ

ſpicit:& ſtimulat uos:Materiamq̧ ſibi ducis idulgētia quærit. Studia humanitatis. qbus edocemur ut humanis moribus utamur. Admiſſionū tuarū facilitatē. tranſit bono ordine: ad facilē aditū colloquē di cū Traiano unicuiq̧ permiſſum:ſic laudatur Veſpaſianus apud Tranq. ſic Ageſilaus apud Xenophontē:quod lætaretur aditum ad ſe oibus patere:contra notat Perſaꝝ regē gloriantē difficilē ad ſe præbere acceſſum:cū ergo Traianus ſtudiis humanitatis auſcultaret:ſequebatur eū eſſe facilē admittere quoſcunq̧ ad congreſſum ſui. Hos.Flauios.anteq̄ Domitianus ꝓueheretur cū ſuis:ciuilibus bellis cōcuſſa

quiſq̄ ſtudia humanitatis ꝓfeſſus: nō cū oia tua: tū uel imprimis laudibus ferat admiſſionū tuarū facilitatē: Magno quidē animo parens tuus hāc ante hos principes arcē publicarū ædiū noie inſcripſerat:fruſtra tn̄:niſi adoptaſſet:qui hītare ut ī publicis poſſet. Quā bn̄ cū titulo iſto moribus tuis conuenit:q̄q̄ oia ſic facis: tanq̄ nō alius īſcripſerit. Quod.n. forū: quæ tēpla tā reſerata: non capitoliū:ipſaq̧ illa adoptionis tuæ ſedes magis publica:magis oium. Nullæ obices: nulli contumeliarū gradus:ſuperatiſq̧ iā mile liminibus ultra ſemp aliqua dura: & obſtātia. Magna an̄ te: magna poſt te:iuxta tn̄ maxia quies:tm̄ ubiq̧ ſilentiū:tā altus pudor:ut ad ꝑuos penates:& larē anguſtū ex domo prīcipis modeſtiæ: & trāq̄llitatis exēpla referant. ipſe āt:ut excipis:oēs: ut expectas:ut magnā ptē dieꝝ iter tot iperii curas q̄ſi ꝑ ociū trāſigis. Itaq̧ nō ut alias attoniti: nec ut

rep. Arcē.domū palatinā. Nomine.titulo:inſcriptione. Publicaꝝ ædium. quod uellet imperatoris palatiū ciuibus oibus patere:& publicū eſſe. non autē intelligendū de Priuata Traiani domo:quam.P. Victor in.xii. urbis regiōe locat. Fruſtra tamen. inſcripſerat arcē palatinā titulo publicarū ædiū. Adoptaſſet. te principē bonū. Vt in publicis. ſine cuſtodia:quo oēs conuenire poſſunt nullo repellente. Moribus tuis. qui ſinis fores palatii omnibus patere. Nō alius. ſed tu fueris author: & inſtitutor huius moris: qd̓ ſane maius eſt: q̄ ſubſequi aliū. Reſerata. cunctis aperta ſunt:q̄ tuū palatiū. Sedes.templū Iouis Capitolini. Magis omniū eſt. Obices. repagula:feræ:peſſuli dicimus hic obex:& hæc obex apud antiquos: quos Virg. ſecutus i.x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Sulpitiū Apollinarē tradit Gellius obices cū o littera correpta ſolitū dicere. Onexander de impetatore eligendo: delectus inquit imperator facilis eſto: comis: & ſe uolētibus adire pateat: nō tamē ea ſit facilitare: atq̧ comitate: ut cōtēptui fiat:nec acerbus:& durus ut odium in ſe concitet. Gradus.conditiones:differentiæ:quia ſub aliis principibus inferiores: & uiliores homines per cuſtodes contumelioſe repellebanť ab aditu palatii. Mile liminibus.immuneris oſtiis:quibus ad Domitianum tranſcendebatur. Aliqua.limina ſupererant.

Dura.ſurda:clauſa:difficilia aperiri. Pudor.modeſtia. Paruos.priuatos:uirorum tenuium. Anguſtum larem.pauperem domum.larem pro domo uſurpari ſatis obuium eſt a laribus diis tracta deno- Lar. minatione:quos Corybantas & Idæos dactylos:treſq̧ fuiſſe tradit Diomedes:nam authore Seruio maiores omnes in ſuis domibus ſepeliebantur: unde ortum ut lares. colerentur in domibus: quos Tertullianus ſic irridet domeſticos deos:quos lares dicitis domeſtica poteſtate tractatis:pignerando:uenditando demutādo. Cēſorinus author eundē eſſe geniū & larē. Apuleiꝰ de deo Socratis. ex lemuribus:q poſterorum ſuorum curam ſortitus pacato:& quieto numine domum poſſidet lar dicitur familiaris: neq̧ iniuria Plut. in quæſtionibus præſides:& domus cuſtodes lares dixit:alienis formidoloſos:domeſticis mites:unde canis eis aſſiſtit:ipſi autem canum pellibus ueſtiūtur:an q̧ Chryſippus opinatur demonia quædam mala circumire:quibus dii quaſi carnificibus:& ſcelerū ultoribus aduerſus iniuſtos: & impios utūtur:ſic lares furiales quidam ſunt pœnarū exactores uitæ & operationum ſpeculatores:iccirco fit ut caninis pellibus induantur: quibus: & canis ideo aſſiſtit: quod ad inueſtiganda ſcelera:& ulciſcendos improbos ſagaces ſint. Pompeius deos inferos putat: quibus tot pilæ ideſt effigies quot eſſent liberi ponebantur:ut uiuis pcerent:& eſſent his pilis & ſimulachris contenti: de qbus plura Macrobius Sat. prio: Latariū Lāpridius appellat locū in domo:in quo colebat antiquitas ſanctiores aias: quaꝝ ſtatuas ibidē locabant. a laribus umbras laruas dicimus:nā dii penates alii ſunt Plut. in Numa mediā ignis ſedē larē uocari refert. lar ēt uiri ꝓpriū:cuius genitiuus lartis. Exēpla referanť. magna Traiani laus: un̄ priuati modeſtiæ & q̄eris exēplū ſumerēt. Dion monumētis reliqt nō ſolū domi Traianū:uerū ēt i bello facilē: & ſine piculi metu adeūtibus ſe pſtitiſſe:quare parū abfuit ne a qbuſdā Decibali tranſfugis dolo trucidareť:māſuetudinē Traiani Claudianus ī panagyrico Honorii cōmendat:uictura fereť Gloria Traiani: nō tā q Tygride uicto Noſtra triūphati fuerat ꝓuincia Parthi. Alta qđ inuectus fractis Capitolia Dacis: Quā patriæ qđ mitis erat. Vt.quā hūane. Excipis.ſuſcipis ad te uenientes. Vt.q̄ta patiētia. Quaſi ꝑ ociū.iocis. iucundiſſimis ſermōibus:& remiſſionibus honeſtiſſimis. tanq̄ ſi nō eſſes occupatus circa īperialia negocia. Vt alias.ſub malis imperatoribꝰ. Attoniti.ſtupidi.Domitiani tēpora notauit:ſicut

periculū capitis adituri tarditate:ſed ſecuri:& hilares cum cōmodū eſt cōuenimus: & admittente principe interdū eſt aliquid:quod nos domi quaſi magis neceſſariū teneat. excuſati ſemper tibi: nec unquā excuſandi ſumus: Scis.n.ſibi quemq; præſtare:quod te uideat:qđ te frequentet:ac tāto liberalius : ac diutius uoluptatis huius copiā præbes. Nec ſalutationes tuas fuga:& uaſtitas ſequitur: remoramur: reſiſtimus ut in cōmuni domo:quā nuper immaniſſima bellua plurimo terrore munierat:cū uelut quodā ſpecu incluſa nūc ꝓpinquoꝝ ſanguinē lamberet: nūc ſe ad clariſſimorū ciuiū ſtrages:cædeſq; ꝓferret. Obuerſabātur for bus horror:& minæ: & par metus admiſſis:& excluſis. Ad hæc ipſe occurſu quoque: uiſuque terribilis; ſuperbia in fronte: ira in oculis:

Iuue.ſatyra quarta de ſenatoribus ab eo cōuocatis mētionē faciens:quos albanā dux magnus i arcē Traxerat attonitos:& feſtinate coactos. Tarditate.ſi ſero aduenisſent.uñ exiit illud ſatyricū: rapta ꝓperabat abolla. Securi.cōtrariū exornatio. Admittēte.libēter excipiente. Interdō ē aliquid. ſenſus eſt q̃. uis humane nos Traianus intromittat ad ſe: aliqñ rñ domi nos cōtinemus tanq̃ aliquod officiū magis neceſſariū facturi:q̃ ad principē ire. laudat principis & humanitatē:& libertatē. Excuſati ſumus. ſemp credis nos domi fuiſſe honeſta rōne. Excuſandi.p aliū. Præſtare ſibi.ꝓ ſe niti. Ac.quia ſcis ſingulos contendere ut te uideant. Voluptatis huius.conſpiciendi te. Fuga: ſecretum. quod Domitianus ſolebat maxime in albana uilla ubi multum temporis contere bat authores ſunt Tranqui. & Dion. Vaſtitas.ſolitudo ut Tiberius capreis. Remoramur. te detinemus. Immaniſſima bellua.crudeliſſimus Domitianus. imago cū uituperatiōe. Propinquorum ſanguinē.Eutropius:conſobrinos ſuos Domitianus interfecit. nam Flauiū Sabinū alterū ex patruelibus occidit: ꝙ eū comitioꝝ cōſulariū die deſtinatum : perperā præco nō conſulem ad populū: ſed imperatorē pronunciaſſet. Deniq; Flaoiū Clæmentem alterum ex patruelibus contemptiſſimæ inertiæ:repente ex tenuiſſima ſuſpitiōe:quo maxime facto maturauit ſibi exitium. alii etiam ſcriptorum prodiderunt conualuiſſe famam Titum fratrem a Domitiano dolo necatum. ut Philoſtratus lib.vi. memorans lepore marino qui piſcis quoſdā humores occultos atq; mortiferos habet de medio ſublatum:quod graue moleſtumq; uideretur ſimul cum fratre imperare : quare dixerat Tito Apolonius caueret a propinquiſſimis. Tranqui. refert correptum graui ualitudine priuſquam plane animam eflaret pro mortuo deſeri iuſſiſſe. alii ægrorum ſed iam conualeſcentem abiici mandaſſe in arcam niue plenam: tanquam ad ualitudinis remedium opus eſſet celeri refrigeratione:ſicque interiiſſe.

Lamberet. tanquam fera tygris. Clariſſimorum ciuium. Iuuenalis ſatyra qoarta. Atque utinam his potius nugis tota illa dediſſet Tempora ſæuitiæ: elaras quibus abſtulit urbi Illuſtres animas impune:& oindice nullo. Sed periit poſtquam cerdonibus eſſe timendus Cœperat : hoc nocuit lamiarum cæde madenti. Tacitus in uita Agricolæ. nō oidit armis Domitiani clauſum ſenatum: & eadem ſtrage rot conſularium cædes: tot nobiliſſimarum fœminarum exilia & fugas. complures enim ſenarores : in his aliquot conſulares interemit:ex quibus Ciuicam Cerealem in ipſo Aſiæ proconſulatu, Saluidienom Orfitum:& Acilium Glabrionem:exilio puniuit. occidit Aeliom Lamiam: Saluium Cocceanum : Metium Pōpoſianom : Saluſtium Lucullum Britanniæ legatum. Iunium Ruſticum: Heluidium filium : Maternum declamatorem: poſt ciuilis belli uictoriam ſeuior : Xenophon de tyrannide memorat ſummos uiros:& uirtute præditos interfici a tyrannis:quia illos timeant:quam ſententiam tranſtulit ex Icetidibus Eoripidis. Proferret.extenderet. Horror & minæ.denominatio qualis Virgil. in ſexto Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus orci : Luctis & ultrices poſuere cubilia curæ : Pallenteſque habitant morbi:triſtiſque ſenectus. Et metus.eſt autem oratio in graui figura. Par metus. pariter timebant: quos hilari uultu ſuſcipiebat:ſicut quos truci:nam fuit non ſolum magnæ: ſed & calidæ inopinatæque ſeuitiæ.authorem, ſummarum pridie q̃ crucifigeret in cubiculum uocauit:aſſidere in toro iuxta coegit: hilaremqoe dimiſit:partibos etiam de cœna dignatus eſt.& Aretinum Clæmentem capitis condemnaturus in eadem oel etiam maiore gratia habuit : quo ad nouiſſime ſimul geſtanti conſpecto delatore eius:uis inquit hunc nequiſſimum cras audiamos? unde Iuue. ſatyra quarta pallorem dixit magnæ : & miſeræ amiciciæ.amicos Domitiani deſignans:qui non bene crederent blandiciis illius pernicioſis. Ad hæc. præterea. Ipſe.Domitianus. Viſu terribilis conoenit Taeitus in uita Agricolæ eom Secundo ubi de Domitiano ſcribens cum inquit denotādis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille uultus & rubor:quo ſe contra pudorem muniebat. Ira in oculis. quod etiam in eius nomiſmate monſtratur quare Philoſtratus libro ſeptimo loquitur Domitianus ſuperbe etiā ſi placide manſueteq; loqui uoluerit:ſupercilia uero oculis ſuperiacent:genæ autē bile refertæ ſunt:idq; in conſpicuū maxime eſt:ſont .n. naturæ uicia:ſemperq; eodē modo ſeſe hñtia. nā ſi Dioni credimus erat audax:iracundus:inſidiator:

diſſimulator.memorát Tacitus & Tranqui.fuiſſe ira præcipitē: & quo obſcuriore: eo irreuocabiliore.p oculos át maxie animus emanat:ut citra motú quoq;: & hilaritate eniteſcát: & triſticiæ quoddá nubilū ducant:quin ēt lacrymas his natura mentis indices dedit:q̄ aut erúpunt dolore:aut lætitia manant: mo tu uero intenti remiſſi:ſupbi:torui:mites:aſperi fiūt.fuit.n.grandibus oculis:ſed acie hebetiore. Fœmineus.mollis.ipudicus. Multo rubore.uultu ruboris pleno:qd refert Tranq. & libro.xx.Tacitus ignotis inqt adhuc moribus crebra oris cōfuſio p modeſtia accipiebať. Secretū captanté.inter initia principatus ſecretū ſibi horarium ſumere ſolebat:

